PROVERBIORUM ARABICORUM CENTURIAE DUAE, AB ANONYMO...




6
36-e
55


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
14 B
9



كتاب الأمثال

PROVERBIORVM
ARABICORVM
Centuriæ duæ,

Ab anonymo quodam Arabe collectæ & explicatæ: cum interpretatione Latina & Scholiis

IOSEPHI SCALIGERI I. CÆS. F.

ET

THOMÆ ERPENII.

Editio secunda priore emendatior.







Lugduni Batavorum,
Ex Typographia ERPENIANA,
Linguarum Orientalium.
Prostant apud IOHANNEM MAIRE. 1623.

Doctissimo Juveni

D. MERICO CASAVBONO, Is. Filio.

s. p. d. TH. ERPENIVS.





QVATVORDECIM jam anni sunt, doctissime Casaubone; quod parenti tuo, viro summo, & orbis Christiani ornamento singulari, primum innotui. Is autem simul ac me vidit, & Linguarum Orientalium studiosissimum esse cognovit, vehementer & me amare, & studijs meis favere cœpit; ita quidem ut, cum Arabicæ linguæ desiderio, magni Scaligeri hortatu, jam totum me flagrare, & libris omnibus destitui animadverteret, supellectilem suam Arabicam, quam satis habebat luculentam, ultro mihi offerret, & concederet. quod quidem beneficium tanto

me gaudio affecit, ut me beatiorem crederem vivere neminem: & tantum Arabismi studium in me excitavit, ut majori cum ardore atque animi alacritate neminem unquam illas literas aggressum esse persuasum habeam. Is autem, singulari Dei Opt. Max. benedictione, studiorum meorum successus fuit, ut antequam annus unus elaberetur, non multarum modo vocum cognitionem, variorum librorum lectione, mihi compararem, sed & totius fere Grammaticæ, quæ difficillima semper erat habita rationem sic satis feliciter assequerer; & præceptis etiam includerem, parentis tui hortatu: qui viso rei successu enixè etiam à me petiit, ut libellum Proverbiorum Arabicorum, quem vir summus Iosephus Scaliger majori ex parte Latinum fecerat, & notis illustraverat, ego porro absolverem & in lucem ederem. id quod omnino recusandum mihi esse duxi: quòd quantus vir fuisset

Scali-

Scaliger, & quantillæ eſſent vires meæ (qui ne literas quidem Arabicas annum adhuc noveram) non ignorarem. verum cum ille diutius inſtaret, valdeque urgeret, ſeque de felici ſucceſſu non dubitare affirmaret, dixi, paratum eſſe me, quandoquidem ita vellet, experiri quid in iis vertendis, & illuſtrandis poſſem. acceptoque ab ipſo libello, haud multo poſt Salmurio, quo ſub id tempus conceſſeram, obſcuriora aliquot Proverbia à me verſa & illuſtrata ad ipſum miſi, rogans ſimul eum, uti quid de iis judicaret, ſincerè mihi vellet ſignificare. Is ſtatim reſpondit. Legi ſpecimen tuarum obſervationem in Proverbia, qui mihi guſtus ita placuit, ut deſiderio operis totius prope jam contabeſcam. Scito autem nuper me quando in Opuſcula Scaliger τȣ̃ μακαρίτȣ, quæ hic ſunt edita præfationem ſcripſi, fidem tuam pu-

blicè obstrinxisse. tuum erit spem quam commovisti non destituere. Cum præfationem eam videbis, videbis dolum meum, qui te nihil cogitantem reddidi publico obnoxium, atque adeo fidem simul tuam cum mea obstrinxi. Age igitur, utrumque nostrum libera, & nos tuis observationibus bea, &c. *Vt autem totum libellum absolvisse me intellexit, multoties, tum coram, tum per literas ad editionem ejus me est hortatus, at frustra, non meâ tamen culpâ; sed Typographi penuria: qui simul ac datus fuit, libellus in lucem prodijt parentis tui nomini, merito à me dedicatus & consecratus. ita ut eum, non sine magno gaudio, uti literæ ejus testantur, typis Raphelengianis editum viderit, haud multò ante quam è vita migravit. Nunc cum iterum is recudendus fuerit, eoque sublato, novus mihi patronus novæ huic editioni sit quærendus*

rendus; nefas ego esse duxi, alium à te, qui juxta cum patre Arabicarum literarum, & mei es studiosus, quærere aut desiderare. Neque dubito, quin qui nuper tam animose & feliciter magni tui parentis famam adversus invidos, hujusque ævi Zoïlos defendendam suscepisti, opusculum hoc longe ei cum viveret charissimum, diligenter à me recognitum, & elegantissimis typis excusum, ipsius loco, hilari vultu sis suscepturus, & pro amoris mei atque affectus, à piæ memoriæ parente tuo, merito tuo, in te derivati sigillo accepturus, quod ut facias vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale doctissime Casaubone, patriæque non virtutis tantum, & eruditionis, sed & famæ felicissimus hæres esto. id utique ex animo tibi precatur.

Tibi addictissimus

THOMAS ERPENIVS.

Clarissimo Doctissimoque

Viro

ISAACO CASAVBONO

S. P. D.

THOMAS ERPENIVS.



Cce tandem, vir Clarissime, typis Raphelengianis, non Lebeanis, ut futurum putabas, excusum libellum nostrum Proverbiorum: quem ut hilari excipias vultu, non necesse habeo multis te orare: scio enim quanto jam diu ejus tangaris desiderio; & quam crebro ad editionem ejus, ut quid in eo præstiterim intellexisti, imo vidisti, tum coram, tum per literas me sis hortatus. tuum nunc erit adversus invidos & libellum & me defendere. tua enim ille solius auctoritate in lucem prodit: tuo solius hortatu atque suasu ego rudis adhuc pictor Veneri ab Apelle inchoatæ manum admovere sum ausus. Petieram à te non ita pridem per literas, ut primo quoque tempore certiorem me faceres, an per te mihi liceret quas-

quaſdam tuas in tria quatuorve Proverbia annotationes, quas in exemplari tuo inveneram, ijſdem adijcere: verum cum nihil reſponderes (nec certe poteras; perijſſe enim in via literas meas poſtea intellexi) prælumque me urgeret, abſque venia tua, eas ſuis locis, commodo publico motus, inſerui: quod ut ne ægrè feras, per Muſas Orientales, noſtramque amicitiam te ore & obteſtor. Statueram huic libello Proverbia aliquot alia multo elegantiſſima, è varijs Arabum ſcriptis á me collecta adijcere: verum cum quantitatem eorum tantam eſſe nunc animadvertam, ut magnum per ſe volumen conſtituant, neque otij mihi ſatis ad ea adornanda ſuppetat; malo in tempus aliud editionem eorum differre: viſurus interim an conatus noſtri (quod equidem ſperare vix audeo) alijs æque atque tibi grati ſint futuri. Vale vir Clariſſime, & ERPENIUM tuum amare perge. Lugduni Batavorum, Calendis Martijs anni á nato Meſſia M. D. C. XIV.

PRÆFATIO
THOMÆ ERPENII
ad Lectorem.



Ccipe, *studiose Lector, Proverbiorum, Sententiarum, Similitudinum, piè, scitè, doctè arguteque (hæc enim omnia sicut apud Hebræos* משל, *sic apud Arabes* مثل *significationis suæ ambitu complectitur) Centurias duas, collectas è celeberrimi apud Arabes orientales Auctoris* Abv Vbeid, *aliorumque complurium monumentis literariis, & magnam partem explicatas ab Arabe quodam erudito, cujus nomen ignoratur. Nactus Romæ hunc libellum est Vir Clarissimus Doctissimusque D. de Florence, Christianissimi Regis Ludovici* XIII *Præceptor; qui & eundem, ut est Orientalium linguarum valde studiosus, ab Arabe quodam Maronita in Latinum sermonem transferendum sibi curavit, & in patriam reversus cum Viro Clarissimo Isaaco Casaubono communicavit. hic lectu ejus plurimum delectatus, totum descripsit, una cum Latina Arabis illius versione, sed quæ, quod barbara plerumque & insulsa esset, ac sensum interdum nullum aut ineptum redderet, parum ei placuit: unde majorem libelli partem, ab initio scilicet ad Pro-*

verb.

verb. CLXXVII, *uno tamen & altero hîc illîc omiſſo, ad Arabizantium Principem Ioſ. Scaligerum tranſmittit, rogans eum ut quas annotaverat* X *aut* XII *ſententias difficiliores Latinè ſibi explicaret. Ille omnium quæ accepit Latinam verſionem Notis illuſtratam ſtatim remiſit: quam ut vidit Caſaubonus; exemplar illud Scaligero miſſum, præterquam quod integrum non eſſet, depravatè quoque admodum deſcriptum fuiſſe, & locis aliquot manifeſtè interpreti impoſuiſſe animadvertit, ac vehementer doluit. unde poſtea aliud ei exemplar miſit, priori illo longè emendatius, deſcriptum manu* HADRIANI GVILIELMI *ſui, Piæ Memoriæ, (juvenis cum propter inſignem probitatem, & omnigenam eruditionem; tum propter admirandos in Arabiſmo progreſſus, & laudabiles conatus, longiori vitâ digniſſimi,) ex cujus collatione* δευτέρας φροντίδας, *ut multoties hic exegit, ita ille promiſit; ſed morte tamen præventus nihil præſtitit. Vnde ego hortatu ejuſdem Caſauboni, ut id in me recepi, Scaligeri verſione, primo cum illius, deinde cum ipſo etiam D. de Florence exemplari diligenter collatâ, quæ à Scaligero verſa non erant in Latinum tranſtuli; quæ è prava lectione male verſa, emendavi: reliqua integra reliqui. primis illis appoſui E; iſtis S. E; his S ſolum: quo quid illius, quid meum, quid utriuſque ſit queas dignoſcere.*

Textui

Textui Arabico vocalium figuras, reliquasque notulas grammaticales, quam potui accuratissime apposui: quas enim exemplar M.S. habebat ea cum vulgare tantum Arabum idioma, non antiquum illud & nobile redolerent, nullius erant momenti.

Annotationes denique nonnullas haud inutiles, ut spero, adieci, quibus tum ipsa versio, tum proverbii ratio & usus potissimum explicantur: ubi observabis, non instituisse me explicare quotupliciter proverbium quodque adhiberi, & à nobis accipi possit: sed quem obtineat usum apud Arabes, quæque ejus usus, qui proculdubio solus proprius & genuinus est, sit ratio: Est enim ille longe interdum diversus ab eo quem nos ficturi essemus: ut passim è Scholiis adjectis patet: rationemque habet abstrusiorem, quam ut primo intuitu à quolibet percipi possit. ut manifestum est Proverb. V. VI. XV. XVII. XIX. *& aliis.*

Reperi quoque in exemplari D. Casauboni quasdam ejus annotationes, quas nefas esse duxi omittere: itaque suis eas locis insertas invenies.

Tu, benigne Lector, omnia boni consule: & si proverbia quædam frigidiuscula tibi & parum elegantia videantur; id inde potissimum statue proficisci, quod Arabicæ linguæ majestas & elegantia in Latinum sermonem transfundi vix possit; & Arabum quoque, sicuti & reliquarum nationum omnium, pleraque proverbia non eam

servent

ſervent gratiam & dulcedinem in aliam linguam tranſlata, quam in prototypis eorum eſt cernere: Habent enim (*ut verbis Eraſmi utar*) hoc peculiare pleraque proverbia, ut in ea lingua ſonare poſtulent in qua nata ſunt: quod ſi in alienum ſermonem demigrarint, multum gratiæ decedat. Quemadmodum ſunt & vina quædam quæ recuſent exportari, nec germanam ſaporis gratiam obtineant, niſi in his locis in quibus proveniunt. *Cui conſonum eſt quod ait magnus ille magni filii pater I. Cæſ. Scaliger de Subt. ad Card. Exerc.* CCXCIIII. *hiſce verbis.* Sic itaque cenſeo. Venere propria, quaſique nativo cujuſque linguæ decore foveri ſententias quaſdam, ſubnixaſque certis, ut ita dicam, idiomatiſmi fulturis ſuſtineri: quam in aliam quaſi coloniam ſi deducas; iidem ſane ſint cives gratiam priſtinæ commendationis non retinebunt. Hoc ita profecto demum eſt, atque ſi frenum imponas bovi. Sunt pigmenta quædam Hiſpanicæ argutiæ, Thuſcæ altiloquentiæ, Gallicæ Veneris, Germanici impetus: quæ ſi cum exteris commutentur; ſenſus quidem manet, flexus commenſuſque vel verborum, vel numerorum amittit vegetum nitorem illum, illamque lucis elegantiam, quibus eminebant in auribus indigenarum, &c. Vale.

Ne pagellæ hæ ſequentes vacent (benevole Lector) lubet hîc apponere duas Clariſſimi Viri Iſaaci Caſauboni ad me Epiſtolas, haud diu ante obitum ejus ſcriptas, quibus judicium ſuum de hujus libelli editione exponit. Vale.

Vir Clariſsime :

DEcumbebam in lectulo jam per aliquot dies κλινήρης, è morbo, cum munus tuum aureum mihi eſt allatum. Gaviſus ſum eſſe à te perfectum adeo feliciter, quod ante aliquot annos quum ſcripſiſſem te effecturum multi non crediderunt poſſe à te præſtari. Liberaſti eadem opera fidem meam, & decus tibi apud vere eruditos immortale peperiſti. Mihi imprimis illud placuit (percurri enim ſtatim, licet πυρέττων) quod magnum Scaligerum ſæpe errantem ſic revocaſti in viam, ut nihil propterea ejus exiſtimationi ſit deceſſurum. Feciſti quod virum bonum decebat, & doctum. Perge eruditiſſime Erpeni Spartam, quam θεόθεν nactus es, ornare: neque dubita adfuturum tuis conatibus Deum immortalem, & tuis ingentibus laboribus præmia ἀντάξια, quæ fortaſſe ab hominibus ſperare non potes οἷοι νῦν βροτοί εἰσι, olim cumulate eſſe repenſurum. Quod voluiſti opus elegantiſſimum in publicum prodire meo nomini inſcriptum, ago tibi eo nomine & habeo grates gratiſſimas, quantas poſſum maximas. ſed quomodo ego me erga te præbebo non ingratum? hoc mihi poſtea ſerio cogitandum erit. Interim tibi mitto pignus ſinceri & magni amoris, operis nuper à me editi exemplar. Videbis non defuiſſe nobis animum defendendæ veræ pietatis. an aliquid præſtiterimus operæ pretium ipſe æſti-

æſtimabis vir Doctiſſime, & nos amabis. Vale & ſic hæc lege, ut in lecto ſcripta à febricitante. Itaque Cl. viris Grotio & Heinſio ſcribere non potui. Tu me excuſabis, & exemplaria illis curabis. Meus ἀδελφιδοῦς Chabanæus tibi notus, eſt nunc iſthic: quem ſcis mihi eſſe chariſſimum, planè ut filium, propter pietatem, & multiplicem virtutem. Cupio illum à te amari. Vale iterum. Londini VII. Kal. Apr. CIↃIↃCXIV.

Tuus

IS. CASAVBONVS.

Vir Clariſsime:

MEnſis jam fere præterijt, ex quo ægrotanti mihi, & κλινήρει tum excellens munus eſt ab affine tuo allatum. Rogavi ſtatim illum, ut quatuor exemplaria operis mei Baroniani curaret ad te deferenda. Conatus etiam ſum pauca tibi ſcribere, & pro immortali beneficio quo me affeciſti gratias tibi agere. Sed noli amabo gratum animum meum æſtimare ex ijs quæ πυρέττων, & lecto affixus tum ſcripſi. Ego vero tantum me tibi eo nomine debere ſentio, quantum ne nunc quidem verbis poſſum exprimere. Toto morbi mei tempore, fuit mihi in manibus, dies noctesque tuus liber. Quantum autem putas tu me gaudere quod fidem meam liberaveris, idque tam inſigniter? Non te fugit eſſe quoſdam Lutetiæ ſciolos, qui exorienti gloriæ tuæ ὑπὸ κακοηθείας ἐμφύτου invidentes, me vanitatis

tatis & φλυαρίας accusabant, quasi ea scripsissem, quæ vires tuas superarent, quæque nunquam essent futura. Istis hominibus tua editio erit ἀλγηδὼν ὀφθαλμῶν, & quod ipsi non possunt præstare, id ab alio pręstari, & quidem adeo feliciter & doctè, iniquissimo ferent animo Tu vero amicissime Erpeni lætare ijs bonis, quibus te Deus Immortalis manu adeo liberali ornavit. Oro illum supplex ut longam tibi largiatur vitam, & tuis studijs magis magisque in dies benedicat: Vale, & si quid tua caussa possim, impera. Vxor ex animo te salutat. ipse parenti tuo venerando, quem hic vidi, salutem a me, si placet, nuntiabis. Londini IX. Kal. Majas CIƆ IƆ CXIV.

Tuus ex animo

IS. CASAVBONVS.

PRO-

PROVERBIORUM ARABICORUM
Centuria Prima.



بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَانِ ٱلرَّحِيمِ

رَبٍّ دَائِمٍ كَرِيمٍ *

أَبْتَدِيُّ بِعَوْنِ ٱللَّهِ وَأَجْمَعُ بَعْضَ

أَمْثَالٍ وَأَقْوَالٍ مِنْ تَآلِيفِ أَبِي عُبَيْدٍ

وَٱلْبَوَاقِي وَٱلْحَمْدُ لِلَّهِ ۞

In nomine Dei miseratoris misericordis, domini æterni augusti. S.

Incipiam cum auxilio DEI, & colligam quædam Proverbia & Sententias, ex libro ABI VBEID, & reliquorum. Et Laus Deo. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

تاليف σύνταξις. *ita omnes libros vocant, ut Græci.* σύνταξις Πτολεμαίου μεγίστη تاليف بطلميوس المجسطي.

I.

لَا تَرْكَبْ فَرَسًا غَيْرَكَ * أَعْنِي * لَا تَتَزَيَّنْ بِحِكْمَةٍ لَمْ تَفْهَمْهَا وَلَا تَفْتَخِرْ فِي صَنْعَةٍ لَا تَعْرِفُهَا ۞

Ne equites equum alienum. *id est*, Noli te ornare ſcientia quam non intelligis: nec gloriare arte quam non noſti. S.

II.

لَا تَرْمِ سِهَامًا فِي صُورَةٍ مِنْ حَدِيدٍ * أَعْنِي * لَا تَرْمِ كَلِمَةً فِي مَنْ هُوَ أَقْوَي مِنْكَ وَلَا تَقُمْ ضِدًّا عَلَي مَنْ هُوَ أَقْوَي مِنْكَ ۞

Ne

Ne iace sagittas in idolum ferreum. *id est*, Ne iace verba tua in eum qui fortior te est; neque obsiste adversarius illi qui tibi pollet. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Sagittæ in imaginem ferream jactæ eam non transfigunt, sed resultantes jaculatorem potiùs lædunt: sic potentes imbecilliorum conatibus non læduntur, sed eos potiùs in ipsos retorquent. كَلِمَةٌ *D. Scaliger transtulit* verba tua, *id est*, كَلِمَاتُكَ *cùm sit solùm* verbum: *quo modo si versum esset, haberet, me judice, majorem ἐνέργειαν. quasi dicas Gallicè:* ne dites mot contre, *&c.*

III.

إِنْ كُنْتَ لَمْ تَعْرِفْ تَصْعَدُ فِي ٱلسُّمَّرِ لَا تَسْلُكْ عَلَى ٱلسَّطْحِ * أَعْنِي * إِنْ كُنْتَ لَمْ تَسْتَطِعْ أَنْ تَكُونَ تَحْتَ ٱلرَّئِيسِ فَلَا تَصِيرْ رَئِيسًا ❁

Si nescis ascendere per scalam, non ambulabis super tectum. *id est*, Si non potes esse subjectus duci, neque dux eris. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Non solent ad dominium promoveri qui sub aliorum dominio continere se nequeunt: quia nemo rectè dominum agit, qui non antè ministrum gessit: adeò ut servitus via sit ad imperium, non secus ac scala ad tectum. Notius autem est quàm ut moneri debeat, tecta in Oriente plana esse & ambulationi accommoda.

IIII.

لَا تَصْعَدْ لِقُلَّةِ ٱلْجَبَلِ وَأَنْتَ مُزَيَّنٌ
لِئَلَّا تَقَعَ * أَيْ * تَحَذَّرْ مِنَ
ٱلْإِفْتِخَارِ وَٱلْكِبْرِيَاءِ لِأَنَّ عَاجِلَ
ٱلْمُوَاشِي يَسْقُطُ ۞

Ne ascende cacumen jugi cum fueris ornatus, ne forte cadas. *id est*, Cave à typho & fastu, quia ocyssime inflatus (seu turgidus) cadit. S.

NOTÆ

NOTÆ TH. ERPENII.

Cave à typho & faſtu, *cum ſcilicet fortuna tibi favet, ac negotia tua feliciter ſuccedunt (id enim requirunt verba,* cum fueris ornatus) *inſtabilis enim eſt fortuna: & facile qui ambulat cadit: puto enim legendum* عَاجِل

اَلْمَاشِي celeriter, ambulans cadit: *alioqui verba ut ſcripta ſunt, ſonant* feſtinans ambulantium.

V.

لَا تَلْبَسْ أَبْيَض بِٱللَّيلِ ٱلْمظلَّمِ * أَعْنِي

لَا تَكُنْ مِنْ خَارِج مُزَيَّنًا وَمِنْ

دَاخِلٍ مُمْتَلِيٍّ ظُلْمَةٍ وَشَرٍّ ❀

Ne indue album, nocte obſcura. *id eſt,* Ne ſis extrinſecus decorus, & intrinſecus plenus iniquitatis & nequitiæ. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Acumen hîc latet Pythagoricum, quod mihi non ſatis eſt pervium: nam etſi σχόλιον *ſatis ſit perſpicuum, non tamen video quomodo id undique adagio reſpondeat.*

VI.

لَا تُرْسِلْ كَلْبَكَ بِأَرْضِ ٱلَّتِي لَيْسَ
فِيهَا صَيْدٌ * أَعْنِي * لَا تَغْضَبْ قَبْلَ
وَقْتِكَ ۞

Ne immittas canem tuum in terram ubi non eſt venatio. *id eſt*, Ne iraſcaris ante tempus tuum. S.

NOTÆ THOMÆ ERPENII.

Varie uſurpari queat elegans hoc proverbium, & multa ſignificare: at quomodo illud denotet quod σχολιαστής *hic affert, difficulter aſſequor: dicam tamen quid poſt diligentem conſiderationem mihi videatur. Solent Venatores canes ſuos ligatos cohibere, nec ante dimittere quam in eum venerint locum ubi fera præſto eſt, & occaſio eam capiendi commoda: ſic ira & vindictæ cupiditas coërcendæ, donec tempus & occaſionem commoda iis proficiendi nanciſcare: ut Arabum hoc nonnihil accedat ad illud Gallorum,* n'irritez point les chiens auparavant que vous ſoiez aux pierres.

VII.

VII.

لَا تَسْلُكْ عُرْيَانًا فِي ٱلْأَسْوَاقِ *
أَعْنِي * لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ قُدَّامَ ٱلنَّاسِ
لِئَلَّا يَسْتَهْزِئُوا بِكَ فِي ٱلْإِجْتِمَاعِ ۞

Ne deambula nudus per plateas. *id eſt*, Ne aperias ſecretum tuum coram hominibus, ne ſubſannent te in conciliabulo. S.

VIII.

تَكَلَّمْ بِٱللَّيْلِ حَيْثُ لَيْسَ طَيْرُ ٱللَّيْلِ *
يَعْنِي * إِخْفِ سِرَّكَ وَكَرَمَكَ مِنْ
مَجْمَعِ ٱلْبَهَالِيلِ وَٱلْجُهَّالِ ۞

Verba fac nocte ubi non eſt avis nocturna. *id eſt*, Occulta arcanum tuum & dignitatem tuam à turba idiotarum & ſtultorum. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Quid intelligat per avem nocturnam *non ſatis ſcio, unde ipſum proverbium mihi eſt obſcurius.*

IX.

سُدَّ ٱلْأَطْوَاقَ ٱلْخَمْسَةَ لِيُضِيءَ ٱلْبَيْتُ
وَٱلسَّاكِنُ فِيهِ * أَعْنِي * سُدَّ خَمْسَةَ
حَوَاسِّ ٱلْجَسَدِ لِتُضِيءَ نَفْسُكَ فِي
ضَوْءِ ٱلْحَيَاةِ ۞

Obſtrue quinque feneſtras, ut luceat domus, & habitans eam. *id eſt*, Obſtrue (vel coërce) quinque ſenſus corporis ut luceat anima tua in luce vitæ. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Quid? an claudendæ ſunt feneſtræ ut luculenta ſit domus? an non potius aperiendæ? Reſp. Lux in domo poſita vim ſuam non exerit, quamdiu ſolaris luminis ingreſſus per feneſtras non impeditur, ſed à vehementiori obfuſcatur: ſic mens hominis tanquam lux in corpore humano collocata, mundanis nugis & illecebris per feneſtras ſenſuum circumfuſa vim ſuam nequit exerere, & lumen cognitionis ſui ipſius & creatoris ſui de ſe fundere. obturandi itaque contra ea ſunt ſenſus corporei, quo ſpiritus cognitioni ſui ipſius commodius queat incumbere.

X.

لَا تَسْبَحْ فِي ٱلْمَآءِ ٱلْبَارِدَةِ فَتَهْلِكَ * أَعْنِي * لَا تُسْلِمْ نَفْسَكَ لِلشَّهَوَاتِ لِئَلَّا تَمُوتَ فِي خَطِيَّتِكَ دَآئِمًا بِعَذَابٍ ۞

Ne nata in aqua frigida ut pereas. *id est*, Ne te dedas cupiditatibus, ne moriaris in peccatis tuis, in æternum, in cruciatu.

NOTÆ I. SCALIGERI, & T. ERPENII.

Vt pereas. *Arabiſmus*. Ne nates in aqua frigida ne pereas ſi feceris. S. *Eſt proprie in Arab*. & peribis, *ſed vide Rudim. noſtra Arab. pag. 48.* خطيتك *ſingulare eſt*, peccato tuo. نفسك *autem verti quoque poteſt* animam tuam. *E.*

XI.

فَكُنْ لِكُلِّ أَحَدٍ مِيزَانًا * يَعْنِي * كُنْ صَادِقًا وَلَا تَجُزْ عَنِ ٱلْحَقِّ وَلَا تَظْلِمْ أَحَدًا فَتَتْرُكَ ٱلْبِرَّ ۞

Esto unicuique libra. *id eſt*, Eſto juſtus, neque declina ab æquo, & nemini injuriam facias, & abjicias juſtitiam. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

& abiicias: ne abiicias *Arabiſmus idem cum proximo.*

XII.

فَكُنْ حِمَارًا بَرِّيًّا تَجَاهُ ٱلصَّيَّادُونَ *
يَعْنِي * إِذَا جَاءَكَ ٱلْقِتَالُ عَلَي غَفْلَةٍ
فَتَجَنَّبْهُ وَٱهْرُبْ وَلَا تَقِفْ ۝

Eſto aſinus ſilveſtris cui ſuperveniunt venatores. *ſignificat*, Quando ſuperveniunt tibi rixæ ex inopinato, declina eas, fuge, nec conſiſte. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Quomodo onager elabatur à venatoribus vide Leonem Africanum, ut hunc locum intelligas.

NOTÆ TH. ERPENII.

Solet onager velociſſime abripi, ita ut ab inſtituto curſu revocari nequeat. Xenophon in Cyro Minore lib. 1. tantam ejus pernicitatem eſſe ſcribit, ut equos curſu longe ſuperet. ſic

ſic quoque rixæ fugiendæ. Vocatur autem onager una quoque voce ab Arabibus فَرَأٌ *&* عَلَجٌ, *item* حِمَارٌ وَحْشِيٌّ aſinus ferus; *& Pſal. 104, 11.* حِمَارُ ٱلْوَحْشِ aſinus feritatis. تجاه *(pro quo legendum* تَجْبُوَّة *) verterat D. Scaliger* quem prætereunt. *ſed longe ſignificantius & hiſtoriæ ſenſui convenientius vertitur ut ſonat*, cui ſuperveniunt.

XIII.

لَا تَرْمِ ٱلْحَجَرَ بِٱلْمِقْلَعِ * أَيْ لَا تَرْمِ ٱلْكَلِمَةَ فِي ٱلْإِنْسَانِ ٱلْغَائِبِ لِأَنَّ سَيِّدَهُ يَسْمَعُهَا ۞

Ne jace lapidem in velificantem. *id eſt*, Ne jace verbum in hominem abſentem, propterea quod Dominus ejus audit illud.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Nemo poteſt maledicentia magis hominem abſentem lædere, quam lapide ferire eum qui in medio

medio mari velificatur: tamen Deus malitiam linguæ maledicæ ulciscitur.

NOTAE TH. ERPENII.

D. Scaliger legit, بِٱلْمُقْلِعِ in velificatorem, *pro* بِٱلْمِقْلَعِ *id est,* fundâ. *male. Itaque proverbium est,* Ne jace lapidem funda. *quod longe est elegantius illo, & sensui ab interprete allato convenientius: sermo enim maledicus instar lapidis funda jacti etiam longe distantem lædit.*

XIV.

أَبْرِدِ ٱلشَّوْكَ بِٱلْمِبْرَدِ * أَعْنِي * إِغْلِبْ أَلَمَ ٱلْجَسَدِ وَٱلشَّهَوَاتِ ٱلرَّدِيَّةَ لِتَحْيَا ۞

Lima spinas limâ. *hoc est,* Vince affectum carnis, & cupiditates malas, ut vivas. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Pravæ cupiditates hominem spinarum instar pungunt, ad scelera incitant, adeoque ad perditionem adigunt: earum itaque acumen, quam cara nobis est salus nostra, necesse est ut lima rationis, tanquam duriori, obtundamus.

XV.

XV.

لَا تُهْلِكِ ٱلْجَوَاهِرَ بِٱلْعِيدِ * أَعْنِي * لَا تَحْزَنْ وَلَا تَبْكِ فِي مَوْضِعِ ٱلْفَرَحِ ۞

Ne perde margaritas in die festo. *id est*, Ne contristere, neque fleas in loco lætitiæ. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbii hujus ratio obscura satis est: dicam tamen quid mihi videatur. Inter opes pretiosas margaritæ sunt præcipuæ, & habentur charissimæ; unde earum amissio tristitiam affert prægrandem. hinc cum festa communi gaudio dicata sunt, vetat proverbium in iis margaritas amittere, ne qui eas amittit suâ jacturâ & mœrore reliquorum quoque gaudium in dolorem convertat. quod vult generaliter, apud hilares tristandum non esse. Fieri autem potest ut ab historia aliqua proverbium petitum sit.

XVI.

كُنْ مَعَ ٱلْعَوْسَجِ زَيْتُنَا * أَعْنِي * كُنْ

كُنْ مَعَ ٱلْجَاهِلِ حَكِيمًا وَمَعَ ٱلْأَحْمَقِ عَاقِلًا ۞

Esto cum paliuro oliva. *id est*, Esto cum stulto sapiens, & cum insano mentis compos. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

زَيْتٌ oleum *melius vertatur*: زَيْتُونٌ *est* oliva عَوْسَجٌ *autem (quod in Euang. Romanis pag. 32. malè per* ش *scribitur) est vilissimæ quoddam spinæ genus.*

XVII.

إِذَا رَكِبْتَ أَسَدًا ٱحْتَذِرْ مِنَ ٱلْعَوَاصِفِ * يعني * إِذَا صِرْتَ رَئِيسًا ٱحْتَذِرْ مِنَ ٱلْمُشَاوِرِينَ ٱلْأَشْرَارِ ۞

Cum equitaveris Leonem cave ab ungue. *id est*, Cum factus fueris dux, (vel præfectus) cave á consiliariis malis. S.

NOTAE

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

عوصف *putamus esse brachium leonis cum tota planta & unguibus: quod neque Græci, neque Latini quo exprimant habent. Itali* brancam, *Teutones* klauw / *Galli* la main ou la pate du lion *vocant.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Ego عوصف *illa significatione nusquam invenio, sed* عَاصِفٌ *est* tempestuosus; *&* tempestas; *habetque in Plurali* عَوَاصِفُ *quod puto hujus loci esse, quanquam rationem proverbii non assequor.*

XVIII.

أَغْلِقْ بَابَكَ بِوَجْهِ ٱلْخَاطِفِينَ * أَيْ *
أَغْلِقْ حَوَاسَّكَ بِوَجْهِ ٱلْخَطِيَّةِ لِئَلَّا
يَخْطَفُوكَ ٱلْأَعْدَآءُ ۞

Occlude ostium tuum adversus raptores. *id est*, Claude sensus tuos contra peccatum, ne te capiant hostes tui. S.

NOTAE

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Quasi Deus immittat homini hostes propter peccata.

NOTÆ TH. ERPENII.

Mihi non est dubium quin per hostes hîc intelligantur ipsa peccata, & illecebræ hujus mundi, quæ hominem captivum abducunt in infernum. Affine est proverbium, nono supra posito.

XIX.

إِحْتَذِرْ مِنَ ٱلْحَجَرِ ٱلَّذِي بِيَدِكَ
كَيْفَ تَرْمِيهِ لِئَلَّا يَرْجِعَ عَلَيْكَ *
أَيْ * إِنْ حَزِنْتَ لِأَجْلِ أَحَدٍ لِيَسْتَبْقِ
تَسْتَطِيعُ أَنْ تَكُونَ بِلَا حُزْنٍ ۞

Cave á lapide quem in manu habes, quomodo jacies illum, ne in te redeat *(id est retorqueatur.) hoc vult:* Si contristatus es propter aliquem, reliquum esto ut possis esse sine dolore. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Vt lapis cum vehementia in aliquid projectus facile

facile resilit in proiicientem, eumque lædit, idque eo vehementius quo majori cum impetu jacitur: sic vehemens ob amici mortem dolor percutit dolentem, eoque fortius quo vehementior est; ita quidem ut interdum dolentem conjungat ei cujus mortem dolet. Non enim desunt exempla eorum qui ob amicorum obitum totos se dolore confecerunt, nec ante dolere desierunt, quam dolor ipsis vitam abstulit. Id vetat Proverbium: & hoc est quod dicit scholiastes, ut possis esse sine dolore: *id est; ne ita dole ut dolor tuus te auferat, tuque una cum dolore esse desinas; sed desinat dolor te manente superstite. Nec puto adagium de alio dolore dici, quam qui ob mortem alicujus concipitur. Exemplar M. S. habebat* لَيْسَ تَبْقَا *; ex quibus verbis componendum* لِيَسْتَبْقِ *putat D. Scaliger. benè, me judice: vetat enim proverbium: at separatis hisce verbis* σχόλιον *narraret tantum:* Non poteris manere sine dolore; *nullo fere sensu.*

XX.

* لَا تَحْبِسِ ٱلطَّاوُسَ وَٱلْحَمَامَةَ جُمْلَةً *

* يَعْنِي *

يَعْنِي * لَا تَكُنْ وَقْتًا سَخِيفًا وَقْتًا عَفِيفًا ۞

Ne incarcera pavonem & columbam ſimul. *Significat:* Ne ſis modo inſolens, modo gravis (*ſeu* honeſtus.) S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Qui interdum inſolenter ſe gerit, ejus gravitas periclitatur, quippe quæ inſolentiam tegere perpetuo judicatur.

XXI.

لَا تُرْسِلْ بَهِيمَتَكَ لِلْمَرْجِ ٱلَّذِي لَيْسَ فِيهَا سَبَاجٌ * أَعْنِي * لَا تُطْلِقْ مَشِيئَتَكَ وَرَاءَ ٱلشَّهَوَاتِ بِلَا لِجَامِ ٱلنَّامُوسِ بَلْ أَلْجِمْ مَشِيئَتَكَ ۞

Ne immittas pecus tuum in pratum in quo non eſt ſepes. *Senſus:* Ne emittas voluntatem tuam poſt cupiditates ſine freno legis, ſed obfrena voluntatem tuam, (appetitum tuum.) S.

NOTAE

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium elegans & perspicuum, cui simile extat in Proverbiis Salomonis. بهيمة *propriè non est* pecus, *sed* בְּהֵמָה, *id est*, jumentum, animal quadrupes majus. *Arabum tamen quidam* bestiam quadrupedem exponunt.

XXII.

أُزْبُرْ كَرْمَكَ بِيَدِكَ لَا بِيَدِ غَيْرِكَ * أَعْنِي * وَبِّخْ نَفْسَكَ عَلَي ذَنْبِكَ قَبْلَ أَنْ يُوَبِّخَكَ غَيْرُكَ عَلَيْهِ ۞

Puta vitem tuam manu tua, non manu alienâ. *Sensus:* Reprehende te ipsum super delicto tuo, priusquam alius te reprehendat super eodem. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Lege وبّخ *cum puncto: nam sine puncto* وبح *est* raucescere βηχιᾶν. *vide apologum de perdice apud Gellium.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Sic Horatius in Epistolis :

Multa quidem nobis facimus mala sæpe Poëtæ,
Vt vineta egomet cædam mea. ——

Quod autem D. Scaliger ait وبح *esse* raucescere; *puto eum falli :* ابح *id significat*, *cujus futurum in secunda Conjugatione est* يُؤَبِّحُ; *quod fortassis ei imposuit.*

XXIII.

إِسْبَحْ فِي ٱلْمَآءِ قَبْلَ ٱلْمَسَآءِ * أَعْنِي * تَطَهَّرْ بِتَوْبَةٍ قَبْلَ ٱلْإِرْتِحَالِ
وَقَبْلَ أَنْ يَأْتِيَكَ ٱلْمَوْتُ ۞

Nata in aqua ante vesperam. *Sensus* : Purificare pœnitentiâ ante migrationem, ac priusquam superveniat tibi mors. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Allusum autem ad καθημερινοὺς βαπτισμοὺς *Mohamedanorum, quibus ex lege utuntur.*

NOTÆ

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium Arabice rhytmicum est & elegans, ejusdem sententiæ cum Pro.44. Vt tarde nimis & periculosè natatio sub vesperam instituitur, ita & periculosè in extremam vitam pœnitentia differtur.

XXIV.

سُنَّ بَيْنَمَا هُوَ مَحْمِيُّ ٱلْحَدِيدِ *
أَيْ * إِذَا وَجَدْتَ زَمَانًا مَقْبُولًا
لِلسُّؤَالِ فَٱطْلُبْ طَلِبَتَكَ بِسُرْعَةٍ ۞

Acue interea dum calet ferrum. *Id est,* Cum nactus fueris tempus oportunum quæstioni, interroga quæstionem tuam statim. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Acuere *hîc sumitur pro* cudere, *quod cudendo res acuatur; sicuti contra* חדד *&* חדה, *quæ propriè* cudere *videntur significare, interdum pro* acuere *sumuntur. vide quæ infra annotabimus ad Proverb.162. Extat autem hæc sententia in omnibus ferè linguis; & generaliter significat occasionem oblatam arripien-*

piendam esse: unde scholiastes hoc loco eam nimium videtur restringere, dum soli quæstioni eam accommodat.

XXV.

مَنْ لَا يُعْطِ حَطَبًا لِلنَّارِ يَمْنَعْهَا
مِنَ ٱلْإِشْتِعَالِ * أَعْنِي * مَنْ
يَنْخَزْ بِكَلَامِ ٱلشَّكِّ يَمْنَعِ ٱلْغَضَبَ
أَلَّا يَلْتَهِبَ ۞

Qui non dat lignum ad ignem, impedit illum quo minus exardescat. *Hoc est*, Qui pudefit ob verba scandali, impedit iram quo minus inflammetur. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Verba scandali vocantur quæ quis iracercitus in aliquem evomit. Elegans sanè proverbium. qui reprehensus aut objurgatus pudore suffunditur, nec se objurganti opponit, iram ejus cohibet atque impedit: qui verò contra facit, iram, ut ignem appositione lignorum, verbis suis accendit & inflammat. Idem ferè Salomon Prov. 26. his verbis.

באפס

בְּאֶפֶס עֵצִים תִּכְבֶּה אֵשׁ וּבְאֵין נִרְגָּן יִשְׁתֹּק מָדוֹן ׃

פֶּחָם לְגֶחָלִים וְעֵצִים לְאֵשׁ וְאִישׁ מִדְיָנִים לְחַרְחַר רִיב ׃

Cum non fuerint ligna, extinguitur ignis: sic cum non fuerit susurro, silebit contentio.

Vt carbo ad prunas & ligna ad ignem: ita vir contentiosus ad succendendum litem.

XXVI.

مَا يَحُكُّ رَاسَكَ إِلَّا أَظْفَارُكَ * يَعْنِي * لَيْسَ يَقْدِرُ أَحَدٌ يَقْضِي حَاجَتَكَ كَمِثْلِ تَشْتَهِي إِلَّا أَنْتَ ۞

Non scabat caput tuum præter vngues tuos. *Significat*, Nemo potest sufficere necessitati tuæ quomodo tu cupis præterquam tu ipse. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Non scabat: *ad verbum* non scabet. *sed sic solent Arabes modum potentialem per Futurum exprimere.*

XXVII.

لَيْسَ ٱلْبُخْلُ مِنْ أَخْلَاقِي وَلٰكِنْ لَيْسَ
لِي مَا أَجُودُ بِهِ ۞

Non eſt avaritia mihi naturalis : ſed deeſt mihi quo ſim liberalis. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Sententia elegantiſſima. Multorum ſcilicet virtutibus obſtat Res anguſta domi, ut ait Poëta.

أَخْلَاقٌ *eſt Plurale à Singulari* خُلْقٌ *quod habes Prou. 65.* Non eſt avaritia ex naturis meis, *id eſt, ex proprietatibus mihi naturalibus.*

XXVIII.

لَا تَحُكِّ ٱلنَّارَ بِٱلسِّكِّينِ *
أَعْنِي * إِنْتَبِهْ بِكَلَامِكَ مِنَ ٱلْجُهَّالِ
وَلَا تُصَاحِبِ ٱلْغَاضِبَ بِسُرْعَةٍ ۞

Ne ſcalpito ignem gladio. *Significat :* In loquendo cave à ſtultis; nec ſocietatem contrahe cum iracundo temere. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Istud temere *omittendum est, nam* بسرعة *non significat* temere, *sed* cito, celeriter, *&* أَلْغَاضِبُ بِسُرْعَةٍ irascens cito, *est id quod uno vocabulo Latini dicunt*, iracundus. *Est autem hoc adagium Pythagoræ symbolum ad verbum*, Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, *cujus mens est, iracundum non esse lacessendum: quomodo & Arabicum explicat scholiastes, dicens id velle; Cavendum in sermone esse à stultis & iracundis, nec familiariter cum iis conversandum esse, atque adeo multo minus eos esse irritandos: Vt enim prunæ quamdiu relinquuntur placidæ sunt, suisque cineribus ardorem suum tegunt, quam primum vero contrectantur & fodiuntur horrendam ostendunt faciem, vim magnam scintillarum eiiciunt, ac in apertam tandem flammam erumpunt: sic naturâ iracundi quamdiu soli & intacti vivunt, malitiam suam tegunt; quam primum vero cum aliis conversantes vel levissimè tanguntur, eam produnt, vultum mutant, loquuntur horrenda, iraque vehementi accenduntur. Hinc & Salomon Prou.* 22. אל תתרע את בעל אף ואת איש חמות לא תבוא Ne fias amicus iracundo: &

cum viro iracundo ne eas. *Quod ad eum sensum istius Pythagorici attinet, quo perhibetur inanem operam significare, eum fortassis & Arabico queas tribuere. sed nota tum aliam esse significationem* ignis; *nam in priori proverbii sensu jam exposito sumitur pro* pruna, *at in hoc posteriori sumendus est pro* flammâ, *ut utrumque indifferenter significat vox* ignis *in omni lingua.*

XXIX.

لَا تَتَقَلَّبْ مَعَ أَسَدٍ ذِي أَرْبَعَةِ قَوَايِمَ * أَيْ * تَحَذَّرْ وَٱجْتَنِبْ كُلَّ إِنْسَانٍ خَبِيثٍ ۞

Ne conversare cum leone quadrupede. *id est*, Cave & declina omnem hominem nequam. S.

XXX.

لَا تَكُنْ فِي زَمَانِ ٱلْقَيْظِ نَمْلَةً ۞

Esto in diebus æstatis formica. S.

NOTÆ I. SCALIGERI, & T. ERPENII.

Lego لِتَكُنْ, *non* لَا تَكُنْ, *quod est contrarium:*

trarium: nam hortatur ut provideat egestati futuræ, dum per tempus & ætatem licet: ut eodem exemplo in primo sermone Horatii, & in Proverbiis Salomonis. S. Melius legatur

كُنْ : *sed* لِ *tamen imperativum*

etiam secundæ Futuri personæ interdum præfigi habes pag. 51. Rudimentorum Arab. E.

XXXI.

فِي كَاسِ ٱلْجَسَدِ لَا تَشْرَبِ ٱلْخَمْرَ * أَعْنِي * لَا تَتَلَذَّذْ مَعَ ٱلزُّنَاةِ لَا بِٱلْقَوْلِ وَلَا بِٱلْفِعْلِ أَبَدًا ۞

In patera carnis ne bibe merum. *significat*, Ne delitieris cum scortatoribus, neque verbo neque facto in æternum. S.

XXXII.

لَا تُطَيِّرِ ٱلسَّنُونِيَاتِ فِي زَمَانِ ٱلْقَبْظِ * أَعْنِي * لَا تُوَقِّعْ أَمْرًا وَلَا شَرًّا بَيْنَ ٱلْعَاقِلِ وَٱلْجَاهِلِ ۞

Ne

Ne admitte ad volatum hirundines tempore æstatis. *Significat*: Ne mitte negotium aut malum inter sapientem & stultum. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

سُنُونِيَةٌ *avis nomen esse satis liquet: at cujusmodi, nescio. verti* hirundinem, *quod sic ferè verti soleat* סְנוּנִיתָא *Chaldaicum. alioqui hirundo* خطاف *quoque vocatur, ut videre est in Avicenna, & affirmat doctissimus Iohannes Mercerus in* עגר. *Rationem autem proverbii hujus ego certè non capio.*

XXXIII.

أَضْرِبِ ٱلنَّارَنْجَ بِٱلرُّمَّانَةِ * أَعْنِي * ضَعْ فِي قَلْبِكَ ٱلْحِكْمَةَ وَأَخْزِنْ فِي قَلْبِكَ ٱلْعِلْمَ ۞

Allide malum Medicum (narangium) malo Punico. *Sensus*: Pone in corde tuo sapientiam, & thesauriza in corde tuo scientiam. S.

XXXIV.

XXXIV.

لَا تَكُنْ فَرَسًا لِمُحِبِّكَ لِئَلَّا تَقَعَ ۞

Ne ſis equus amico tuo, ne cadas. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Qui ſe amico nimis ſubiicit, contemptum ſui ſibi conciliat.

NOTÆ TH. ERPENII.

Simile habebis infra: Ne ſis canis amicorum tuorum. *Eſt autem* مُحِبٌّ *idem quod Heb.* אוֹהֵב, *id eſt*, amans, qui amat; *nam is qui amatur* مَحْبُوبٌ *vocatur Hebr.* אָהוּב. amicus صَدِيقٌ *vocatur*, *&* مَسِيحٌ, صَاحِبٌ, *aliiſque nominibus.*

XXXV.

لَا تُعْطِ ٱلْخَنَازِيرَ تَوْقِيرًا وَمَجْدًا * أَعْنِي * لَا تُعْطِ لِلْجُهَّالِ حِكْمَةً وَلَا

وَلَا تَضَعْ أَرْجُلَهُمْ عَلَي دَرَجَةِ ٱلْكَرَمَةِ
لِأَنَّ طَبِيعَتَهُمْ شَرِيـــــرَةٌ ۞

Ne des porcis honorem & laudem. *id est*, Ne attribue ſtultis ſapientiam, neque colloca pedem eorum in gradu honoris, quia conditio eorum peſſima eſt. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

أَرْجُلْ *eſt idem quod* أَرْجَالْ pedes, *à ſing.* رِجْل . طَبِيعَةٌ *autem propriè eſt* natura, *quo modo & vertere malim*.

XXXVI.

لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ لِلْقُرُودِ * أَعْنِي *
لَا تَكْشِفْ سِرَّكَ لِلْمُسْتَهْزِئِين ۞

Ne aperi ſecretum tuum ſimiis. *id eſt*, Ne detege arcanum tuum deriſoribus. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Solent ſimiæ actiones hominum quas vident imitari, & deriſores eorum quos derident dicta facta-

factaque iterare, & aliis repræsentare; quæ fortassis causa est cur simiis comparentur.

XXXVII.

ضَعْ عَلَي بَابِكَ ٱللِّجَامَ فَلَا تَخَافُ مِنْ أَعْدَائِكَ * أَيْ * أَلْجِمْ فَاكَ وَضَعْ عَلَيْهِ لِجَامَ ٱلسُّكُوتِ فَلَا تَخَافُ مِنَ ٱلْإِخْتِيَانِ ۞

Appone januæ tuæ frænum, & non timebis inimicos tuos. *id est*, Fræna os tuum, & impone illi frænum silentii; & non metues ab adversariis. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

إِخْتِيَانِ fraudulentiam *significat*, *nec aliud quod sciam*.

XXXVIII.

إِحْتَذِرْ مِنَ ٱلنَّظَرِ فِي شُعَاعِ ٱلنُّجُومِ ۞

Cave intueri in splendorem stellarum. S.

NOTÆ

NOTAE TH. ERPENII.

Acumen Pythagoricum non capio, nec ſcio quid velit adagium.

XXXIX.

كُنْ مَعَ ٱلْجَاهِلِ حَكِيمًا وَمَعَ
ٱلْأَحْمَقِ عَاقِلًا ۞

Eſto cum ſtulto ſapiens, & cum inſano mentis compos. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Hoc ſupra ſcholium fuit proverbii 16. Eſto cum paliuro oliva, *& forte etiam hîc eſt explicatio ſimilis adagii, quod negligentiâ ſcriptoris omiſſum eſt.*

XL.

أُسْتُرِ ٱلتِّجَارَةَ بِٱلدِّبْسِ وَأَلْقِهَا فِي
جُبِّ ٱلطِّينِ * أَغْنِي * صَالِحْ قُلُوبَ
ٱلْجُهَّالِ بِكَلَامٍ حُلْوٍ ۞

Tege mercem tuam melle, & proiice eam

eam in ciſternam luti. *Senſus*, Concilia corda ſtultorum ſermone dulci. S.

NOTÆ I. SCALIG. & T. ERPENII.

Nunquam antea legeram دبس *quod eſt Heb.* דבש; *nam Arab. propriè eſt* عَسَلٌ. *S. quod habes proverbio 175.* دبس *autem fere tantum uſurpatur pro melle facto ex uvis aut dactylis: Medici tamen mel dactylorum abſolutè* دبس *vocant, & mel uvarum* رُبّ العنب ſuccum uvæ *nuncupant.* جُبٌّ *autem eſt* foſſa, fovea, puteus.

XLI.

إِتَّبِعِ ٱلْحَقَّ وَلَا تَكُنْ فِي مَشِيَّتِكَ ٱلشَّرِيرَةِ وَلَا تَتَّبِعْهَا ۞

Exequere æquum, neque inſiſtas voluntati tuæ malæ, neque ſequere eam. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Non agnosco hîc παροιμίαν, ſed potius, ejus quandam explicationem: ac omnino ſuſpicor negligentiâ ſcriptoris ipſum proverbium hîc omiſſum eſſe. Confer cum hoc ſcholium proverbii undecimi, & agnoſces ſcholiaſten.

XLII.

لَا تَفْتَحِ ٱلْأَطْوَاقَ قُبَالَ قَوْسِ ٱلْمَلَائِكَةِ * أَيْ * لَا تَفْتَحْ حَوَاسَّكَ قُبَالَ نَظَرِ ٱلزَّانِيَاتِ لِئَلَّا تَقَعَ فِي أَحْبَالِهِنَّ ۞

Ne aperias feneſtras ante arcum angelorum. *id eſt*, Ne aperias ſenſus tuos in conſpectu meretricum, ne cadas in technas earum. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Arcum angelorum ne quis contemnat, feneſtras ſuas ad eorum jacula aperiens, ac ſi ſcopum oppoſitum difficulter attingere poſſent: nihil enim eis foret facilius. ſic meretricum technas ne vilipendat, ad eas, tanquam ridens, ſenſus

ſuos

ſuos aperiens, garritus earum & cantus audiendo, formam, geſtus, tripudia & id genus nugarum ſpeculando: tela ſunt nimis pulchre ſcopum attingentia.

XLIII.

إِنْ كَانَتْ لَكَ شِبْكَةٌ أَمْسِكْهَا

لِئَلَّا تُمْسَكَ مِنْهَا * أَعْنِي * إِنْ

كَانَتْ لَكَ ٱمْرَأَةٌ فَٱسْتَخْضِعْهَا وَلَا

تَخَضَّعْ لَهَا ۞

Si habueris rete trahe illud, ne forte traharis ab illo. *Id eſt*, Si habueris uxorem ſubiice illam tibi, neque ſubiicitor illi. S.

XLIV.

أَضِئْ سِرَاجَكَ قَبْلَ ٱلظُّلْمَةِ * أَيْ *

نَوِّرْ نَفْسَكَ بِٱلْأَعْمَالِ ٱلصَّالِحَةِ قَبْلَ

أَنْ يَأْتِيَكَ ٱلْمَوْتُ ۞

Accende lucernam tuam ante tenebras.

id est, Illumina te operibus bonis, antequam ſuperveniat tibi mors. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Elegans adagium, ejuſdem valoris cum vigeſimo tertio ſupra poſito. Nec abludit Belgarum proverbium: **De keerſe die voorgaet/ die licht beſt.** *quo ſignificant quoque bona opera in finem vitæ differenda non eſſe.*

XLV.

لَا تُطَيِّرِ ٱلطَّيْرَ بِأَرْضٍ مُغْبَرَةٍ * أَعْنِي* لَا تَرْمِ ٱلْحِكْمَةَ قُدَّامَ ٱلْجُهَّالِ وَٱلْمُسْتَسْفِهِينَ ۞

Ne admitte ad volatum accipitrem tuum in terra pulverulenta. *id est*, Ne proiicias ſapientiam coram ſtultis & impiis. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Conſtat in terra pulverulenta male ſuccedere aucupia, quod curſu aucupum pulvis excitatus adimit aſpectum accipitris & prædæ. hoc verbum طير *multa ſignificat etiam quæ hîc qua-*

quadrare possent, sed verisimilius delegi.

NOTÆ TH. ERPENII.

طار *(à quo fit* طير *in secunda Conjug.)* *est* volare: & irasci, indignari, *nec aliud, quod sciam. pro* مغبرة *fortassis melius legatur* مغربة *id est*, aliena: *ut proverbium vetet, ad volatum admittere avem in terra aliena.*

XLVI.

لَا تُعْطِ نَفْسَكَ لِلْخَطِيَّةِ وَلَا تُسْلِمْهَا لِلْأَشْرَارِ ۞

Ne dedas peccato animam tuam, neque tradas eam malis. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

نفسك *quoque commode vertas* te ipsum. *Forte & de hoc dici queat, quod de quadragesimo primo dictum est.*

XLVII.

أَلْمُجَانَبَةُ لِلنَّاسِ أَسْلَمُ ۞

 Seces-

Secessio hominibus tutissima est. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Turba vitanda est. Videatur Seneca in Epistolis.

XLVIII.

مَنِ ٱسْتَرْعَي ٱلذِّيبَ ظَلَمَ ۞

Qui lupum pascit delinquit. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Puto proverbium in eos dici qui prædonibus ac furibus favent, eorumque scelera celant, ac prædas eorum emunt, vel sub specie rerum bene partarum pro iis divendunt, & hoc modo eos nutriunt.

XLIX.

يَقَعُونَ فِي تَخْلِيطٍ مِنْ أَمْرِهِمْ لَا
يُمْكِنُهُمْ أَنْ يَعْتَزِمُوا فِيهِ عَلَي رَايٍ ۞

Incidunt in confusionem negotii sui, nec possunt deliberare in eo de consilio. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Quorum res malo sunt loco, consilio opus habent

ad eas componendas. unde eorum res merito pessimo dicuntur loco esse, qui infortunio suo ita perturbati sunt ut ne deliberare quidem de consilio possint. credo hoc velle Arabicum textum, qui parum aut nihil mihi videtur sapere παροιμίαν.

L.

إِنَّهُ مَعَ حُمْقِهِ يَبْلُغُ حَاجَتَهُ ۞

Vtique ille cum insania sua perveniet ad negotium suum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Hoc proverbium non est; nec satis video quid velit.

LI.

كَٱلطَّالِبِ ٱلْقَرْنَ فَجُدِعَتْ أُذُنُهُ ۞

Instar petentis cornu, cui amputata est auris sua. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

De hujus sensu vide Proverbium LXXVII, *ubi repetitur cum interpretamento.*

LII.

كُلُّ ٱلْحِذَآءِ يَحْتَذِي بِهِ ٱلْحَافِي ۞

 Quo-

Quovis calceo calceatur γυμνόπες, (nudipes.) E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Miræ elegantiæ proverbium, cujus mens est, defectu meliorum, vilioribus quemque contentum esse.

LIII.

قَدْ زُرْتَنَا زَوْرَةً فِي ٱلدَّهْرِ وَاحِدَةً ۞

Visitasti nos visitatione in seculo unâ. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Mens est, ni fallor, vix integro seculo semel nos invisis. زَوْرَةً *&* وَاحِدَةً *separata sunt rhythmi gratia, qui sic satis elegans est; sed alioqui proverbii figura aliqua hîc vix apparet.*

LIV.

سَأَغْسِلُ عَنِّي هَذَا ٱلْعَارَ بِٱلسَّيْفِ ۞

Age eluam à me hanc picem gladio. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Macula quæ aquâ elui non potest deradatur gladio, ut macula ex pice quæ non nisi ferro tolli potest. Majora delicta majoribus suppliciis coërcenda.

NOTÆ

NOTÆ TH. ERPENII.

Ego عار *nunquam legi pro* pice, *at pro* dedecore, & opprobrio *passim occurrit. videtur itaque sententia vertenda:* Eluam à me hoc dedecus gladio. س *primæ voci præfixum non significat* age, *sed nota solum est Futuri. Vide Grammaticam.*

LV.

قَدْ سَمِعْتُ مَنْ يُفَسِّرُ ٱلسَّبْدَ ۞

Iam dudum audivi qui extricat intricata. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

De re qua nos excercitos *esse testamur, ut admonendi non simus. Gallicè:* I'en ay les oreilles batues. Il y a long temps qu'on m'a appris le mestier.

NOTÆ TH. ERPENII.

سَبْد difficultatem *proprie significat, quo modo & vertere malim.* سَبَد *(quod habebat*

exemplar) pilos derasos *significat, ut* سَبْدٌ rasionem, *sed ea hîc quadrare non possunt.*

LVI.

لَا تُظْهِرِ ٱلشَّمَاتَ بِأَخِيكَ ۞

Ne profer opprobrium fratri tuo. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Malim vertere: Ne manifesta fœditatem in fratre tuo (*seu* fratris tui.) *est enim* شَمَتَ fœditas, & شَمَاتَةٌ & شَمَاتٌ fœdum facere, vituperare.

LVII.

كَانَ كُرَاعًا فَصَارَ ذِرَاعًا ۞

Erat coxa, & factus est brachium. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

De iis qui gradatim ad superiores ordines promoventur.

LVIII.

أَلْحَمْدُ مُغْنِمٌ وَٱلْمَذِمَّةُ مُغْرِمٌ ۞

Laus est exposita direptioni, & diffamatio tanquam tributum exigitur. S.

NOTAE

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Tanquam laudi locus non sit, diffamatio autem lege introducta & defensa videatur.

NOTÆ TH. ERPENII.

Participia ista D. Scaliger legit cum Phatha ad penultimam: pro quo ego Kesra malim, ut activa sint, & mens proverbii: Laudatio ditat, & diffamatio mulctat; *Laudantem scilicet, & diffamantem: sicque non modo rhythmicum, sed elegans quoque est proverbium.*

غَنَّمَ *in quarta Coniug. etiam* ditare *significat, &* أَغْرَمَ *est* mulctare.

LIX.

صَدْرُكَ أَوْسَعُ لِسِرِّكَ * يَعْنِي * لَا
تَكْشِفْهُ عَلَي أَحَدٍ ۝

Pectus tuum dilata secreto tuo. *hoc est:* ne detege id ulli. S.

LX.

أَمْلَكُ ٱلْإِنْسَانُ لِنَفْسِهِ مَنْ كَتَمَ
سِرَّهُ مِنْ صَدِيقِهِ ۝

Possi-

Possidet homo animam suam (vel se ipsum) qui occultat secretum suum ab amico suo. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Videtur potius vertendum: Dominatur homo animæ suæ (*vel* sibi ipsi) *&c. id enim* ل *τῷ* لنفسه *videtur requirere: nam pro* possidere *regit hoc verbum Accusativum. Vult itaque Proverbium, ni fallor, eum qui secretum suum etiam amicum celare potest, tanquam fortem heroëm se ipsum vincere. Legimus autem* آلْإِنْسَانُ *pro eo quod mendosè in M. S. erat* آلنَّاسُ *id enim nullo modo hîc consistere potest, etiamsi Plurale sæpe in hac lingua cum Singulari construatur.*

LXI.

أَلسِّرُّ أَمَانَةٌ * أَيْ * فِي أَمَانَةِ أَحَدٍ مَوْضُوعٌ ۞

Secre-

Secretum est fides, *hoc est*, commendatum fidei alicujus. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Videtur velle tantam esse alicujus fidelitatem, quantam eam in secreto sibi ab amico commisso ostendit, ita ut qui id conservat pro fideli habendus sit, qui divulgat pro infideli. quod verissimum est.

LXII.

إِذَا تَعَزُّ مَنْ تَرَى يَعَزُّكَ مَنْ لَا تَرَى ۞

Quando magnificabis quem vides, is magnificabit te quem non vides. S.

XLIII.

مَنِ آشْتَرَى آشْتَهَى يَعْنِي بِمَالِهِ ۞

Qui emit cupit, *hoc est*, opes suas.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Id est, cupit id quod jam habet.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium est paranomasiâ magis quam sensu ele-

elegans: non enim video quid aliud significet, quam, Eum qui emit aliquid, desiderio ejus tangi.

LXIV.

شَرُّ ٱلْفَقْرِ ٱلْخُضُوعُ وَخَيْرُ ٱلْغِنَي ٱلْقُنُوعُ ۞

Malum paupertatis est abjectum esse, bonum vero opulentiæ (seu divitiarum) esse contentum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Elegantissima παροιμία cum rhythmo; tum sensu, qui satis patet: unde inferes quod vulgo dici solet, Divitem esse qui sua sorte contentus est, pauperem vero qui sordide & abjectè vivit, ut opes suas augeat, etiamsi alioqui satis magnas possideat.

LXV.

سِرُّكَ أَسِيرُكَ إِنْ صُنْتَهُ وَأَنْتَ أَسِيرُهُ لَهُ إِنْ ظَهَرَ ۞

Arcanum tuum est captivus tuus, si custodieris illud: tu autem captivus ejus es, si manifestetur. S. E.

LXVI

LXVI.

فَكُلُّ جَرِيحَةٍ فَلَهَا دَوَآءٌ وَسُوءُ ٱلْخُلْقِ

لَيْسَ لَهُ دَوَآءٌ ۞

Omni vulneri est medicina: at malo naturæ non est medicina. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Malo naturæ, *id est, malitiæ naturali, seu malæ indoli quam alicui natura indidit atque insevit.*

Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret.

LXVII.

وَلَيْسَ بِدَائِمٍ أَبَدًا نَعِيمٌ كَذَا ٱلْبُؤْسُ

لَيْسَ لَهُ بَقَـــــــآءٌ ۞

Non est durabile semper bene esse; ut quod malo præditum est non habet durationem. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

τὴν ἡδυπάθειαν *Epicuri, item* τὴν εὐεστὼ *Democriti Arabes vocant* نَعِيمٌ & نَعِيمَةٌ.

Nemini

Nemini unquam tam bene est ut sit durabile, & non in contrarium vertat: quemadmodum nullum est malum quod finem non habeat, τὸ Et *aut* τὸ و *præponitur, quia videntur hæc apud auctorem unde excerpta sunt conjuncta cum superioribus, aut non multum disiuncta fuisse.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Ad verbum: Non est in durante æternum voluptas; sic miseria, non sunt ei reliquiæ. *hoc est, Nulla voluptas aut miseria perpetua est. nota bene Arabismum* in durante, *id est,* durans. *similia passim invenies, ut* أَللّٰهُ بِقَادِرٍ Deus est in potente, *id est,* potens, أَنَا بِمُؤْمِنٍ Ego sum in credente, *id est,* credens. بُؤْسٌ *idem est quod* بَاسٌ afflictio, miseria. *at* بَوْسٌ *(quod habebat exemplar MS.)* basium *seu* osculum *denotat, quam lectionem sequutus D. Casaubonus, sequentes huic proverbio adiecerat notas.*

NOTÆ ISAACI CASAVBONI.

Nos sic vertimus: Οὐδὲν εἰς αἰῶνα ἀγαθὸν διαμένει

διαμένει ὡς φίλημα ἢ οὐδὲν ἀπολείπει λείψανον. *Acutissimè & elegantissimè. quid ea voluptate brevius aut vanius? Notum istud Theocriti:* κενὸν τὸ φίλημα, κενὴ χάρις. *Vbi enim labia separata sunt, nullum ejus superest vestigium. Talia sunt humana gaudia, & quæ vulgo censentur bona.*

LXVIII.

مَا يَحْمِلُ ٱلْحِقْدَ مَنْ تَعَلَّوْا لَهُ
ٱلرُّتَبُ وَلَا يَنَالُ ٱلْعَلَاءَ مَنْ طَبْعُهُ
ٱلْغَضَبُ ۞

Non fert iram is cui gradus exaltati sunt: nec adipiscitur summa cujus natura est iracundia E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Cujus natura est iracundia, *id est*, iracunda. *Vt Principes aliorum indignationem non ferunt: ita ad principatum non perveniunt, qui natura sunt iracundi.*

LXIX.

عِشْ يَا جُحَيْشُ حَتَّى يَنْبُتَ ٱلْحَشِيشُ ۞

Vive aſelle quamdiu floret pabulum. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Vivere *eſt* ἡδυπαθεῖν, ſe donner bon temps; *Hiſpanice* holgar. *Eſt autem hic rhythmus Arabicus: Et ſcito majorem partem, Sententiarum, Adagiorum Arabicorum* ὁμοιόπτωτα ἢ ὁμοιοτέλευτα *eſſe totus Alcoranus hujuſmodi rhythmis ſcatet, quanquam longiſſimis.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Præſtat vertere: Vive aſelle donec proveniat herba; *ut ſit ejuſdem ſententiæ cum illo Poëta,* Durate & voſmet rebus ſervate ſecundis. *Simillimum huic eſt illud Italorum:* Bello cavallo non morir, che l'herba freſca de'venir.

LXX.

عَجَبًا عَلَي ٱلْمُحِبِّ كَيْفَ يَنَامُ وَكُلّ
نَوْمٍ عَلَي ٱلْمُحِبِّ حَرَامُ ۞

Mirum quomodo amans dormiat: cum omnis ſomnus amanti ſit interdictus. E.

NOTAE

NOTÆ TH. ERPENII.

Usus hujus sententiæ est cum amans dicitur dormivisse aut dormiturus. quid itaque velit omnium optime illi norunt qui amoris tormenta experti sunt. Est autem distichon è poëta aliquo desumptum, cujus prima dictio regitur à voce aliqua antecedente; alioqui scriberetur, عَجَبٌ *vel potius* أَعْجَبُ *id est,* miror.

LXXI.

مَا يَحْمِلُ ٱلْجَوْرَ إِلَّا ٱلثَّوْرُ ۞

Non fert violentiam (*seu* tyrannidem) nisi taurus. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Ignoro quid velit; nisi dicat innocentes solos, vel eos qui vires suas ignorant tyrannidem pati.

LXXII.

أَلصِّدْقُ عِزٌّ وَٱلْكِذْبُ خُضُوعٌ ۞

Veritas magnifica est; mendacium autem abjectum. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Signantius Græcè: ἡ ἀλήθεια γενναῖα, τὸ δὲ ψεῦδος χαμαίζηλον.

NOTÆ TH. ERPENII.

عزّ & خضوع *substantiva sunt. ad verbum itaque vertas:* Veritas magnificentia (*seu* nobilitas) *est*, & mendacium vilitas.

LXXIII.

أَلْكَذِبُ دَآءٌ وَآلصِّدْقُ شِفَـــــآءٌ ۞

Mendacium infirmitas est; & veritas sanitas. E.

LXXIV.

أَلْفَمُ لِلِّسَـــانِ سِجْـــــنٌ ۞

Os linguæ carcer est. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Notum quomodo ἕρκος ὀδόντων *Homeri exponitur à Philologis.*

LXXV.

إِيَّـــاكَ أَنْ يَضْرِبَ لِسَانُكَ عُنُقَكَ ۞

Cave ut feriat lingua tua collum tuum. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Vt feriat, Ne feriat. *Arabismus. Aliquando homines propter linguæ incontinentiam capite plectuntur.*

LXXVI

LXXVI.

ٱلْوَحْدَةُ أَخْيَرُ مِنْ مُعَاشَرَةِ ٱلسُّوءِ ۞

Solitudo melior cœtu malo. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

مُعَاشَرَةٌ *proprie est* conversatio. *Itali* Meglio è solo che mal accompagnato.

LXXVII.

كَٱلطَّالِبِ ٱلْقَرْنَ فَجُدِعَتْ أُذُنُهُ * أَيْ * جَآءَ يَطْلُبُ زِيَادَةً وَأَتْلَفَ مَا عِنْدَهُ ۞

Instar petentis cornu cui abscissa est auris sua. *id est*, Venit petere auctarium, & amisit quod penes eum erat. S. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Mens eadem quæ illius Græci: Ζητῶν ὄψον θοιμάτιον ἀπώλεσε. Extat & Chaldaicè in Talmude Babylonico, capite ultimo libri סנהדרין *hisce verbis:*

גמלא אזלא למיבעי קרני אודני דהוו לי׳ בזיק מיניה ׃

Camelus abiit ut cornua quæreret, & aures quas habebat amputârunt ei. *Petitum itaque adagium est à fabula: cui similis extat apud Æsopum de cane qui in fluvio natans, & umbram carnis quam ore ferebat volens prehendere, carnem ipsam amisit. Atque ita sæpe evenit ut qui contentus non est eo quod in manibus habet, illud etiam amittat dum amplius quærit.*

LXXVIII.

اَلْمُصِيبَةُ لِلصَّابِرِ وَاحِدَةٌ وَلِلْجَازِعِ اثْنَتَانِ ۞

Accidens (*seu* infortunium) patienti unum est; pavido autem geminum. E.

LXXIX.

مَنْ يَفْعَلِ ٱلْخَيْرَ لَا يُعْدَمْ جَوَازِيَهُ ۞

Qui operatur bonum non privabitur remuneratione ejus. S.

LXXX.

اَلسَّخِيُّ قَرِيبٌ مِنَ ٱللّٰهِ قَرِيبٌ مِنَ النَّاس

ٱلنَّاسِ قَرِيبٌ مِنَ ٱلْجَنَّةِ بَعِيدٌ مِنَ

ٱلنَّـــــارِ ۞

Liberalis vicinus eſt Dei, vicinus hominum, vicinus paradiſi, remotus ab igne inferni. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Liberalis non ſolum in hoc ſeculo fælix cenſetur, ſed & in futuro.

LXXXI.

تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدٍ ۞

Percutis ferrum frigidum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Quam plurima apud Græcos & Latinos extant adagia quibus inanis opera ſignificatur; iſtud tamen Arabicum, quod cum primis eſt elegans, non memini me apud illos legere. Bifariam autem uſurpari poteſt; vel cùm occaſione neglectâ fruſtra poſtea in re aliqua ſudatur, ac tum conſideratur ferrum à calore ad priſtinum frigus redactum: vel cum opera datur ut aliquid fiat, ſubjecto more debito non diſpoſito, quo modo conſideratur prius cudi, quam caleſieri.

LXXXII.

أَلْأَدَبُ صُورَةُ ٱلْعَقْلِ ۞

Eruditio est figura prudentiæ (*vel* intellectus.) S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Prudentia est ipsum archetypum, disciplina exemplar.

NOTÆ TH. ERPENII.

أَدَبٌ eruditionem *quidem etiam significat, sed propriè* bonos mores, *ut verbum* docere mores: *&* عقل *est* intellectus : *unde, me judice, meliùs hæc sententia vertatur, ut Arabs verterat*, Boni mores imago sunt intellectus *in quam versionem sequentia scripsit doctissimus Casaubonus.*

NOTÆ ISAACI CASAUBONI.

Vt animi duæ præcipuæ sunt partes, sic sapientiæ duo membra ἡ θεωρητικὴ & ἡ πραγματικὴ, quæ multis nominibus invicem sunt separatæ. Ait tamen auctor proverbii: prout fuerint alicujus mores, qui ad voluntatem pertinent, posse de ejus intellectu conjecturam fieri.

LXXXIII.

قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ وَلِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ ۞

Cor ſtulti in ore ejus: lingua autem prudentis in corde ejus. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Simile in Proverbiis Siracidis, Cap. 21.

LXXXIV.

إِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَامُ ۞

Cum deficit (*ſeu* finitur) intellectus, deficit oratio. S.

LXXXV.

أَلْحَسَدُ لَيْسَ لَهُ رَاحَةٌ ۞

Invidiæ nulla eſt quies. E.

LXXXVI.

أَغْنَى ٱلْغِنَآءِ ٱلْعَقْلُ ۞

Ditiſſimæ divitiarum intellectus eſt. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Divitiarum omnium præstantissimæ intellectus est, seu eruditio.

LXXXVII.

لَا صَوَابَ مَعَ تَرْكِ ٱلْمَشْـــــورَةِ ۞

Non concordat cum omissione consilium. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Non rectum est cum omissione consilium; *id est, non differendum est consilium: sed urgendum, ut non prius discedatur quam initum & conclusum sit: nam judicia hominum mutabilia, ideo non deserendum. Aliter & melius:* Non est rectum cum omissione consilii. *hæc est vera interpretatio. Vbi negligitur quod antea convenerat, quid rectum esse potest?*

NOTÆ TH. ERPENII.

Priori sensu legendum أَلْمَشُورَةُ *at posteriori* أَلْمَشُورَةِ *hunc approbo: ut mens sit, Consilio neglecto res non solere fæliciter succedere.*

LXXXVIII.

LXXXVIII.

لَا تَنْظُرْ إِلَى مَنْ قَالَ بَلِ ٱنْظُرْ إِلَى مَا قَالَ ۞

Ne reſpice ad eum qui dixit: ſed reſpice ad id quod dixit. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Verba ſunt Charmidis ad Socratem, apud Platonem: Non conſiderandum eſt quis dixerit, ſed quid dixerit, & an verè.

LXXXIX.

لَا بِرَّ مَعَ شُحٍّ ۞

Non eſt juſtitia cum avaritia. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Difficile certe eſt juſtum ſimul & avarum eſſe.

XC.

مَنْ يَشَأْ أَنْ يَعِيشَ سَالِمًا فَلْيَتَفَرَّدْ مِنَ ٱلنَّاسِ صَامِتًا ۞

Qui vult vivere incolumis, ſeparet ſe ab hominibus tacite. S. E.

NOTAE

NOTÆ TH. ERPENII.

Elegans admodum hic est rhythmus Arabicus: cujus causa potissimum istud صَامِتًا tacite *videtur adjectum, alioqui sine magno sensus detrimento abesse queat. Suadet sententia vitare turbam, de quo vide Senecam in Epistolis. D. Scaliger ultima verba verterat* ab homine taciturno, *adjeceratque Catonis distichon:*

Demissos animos ac tacitos vitare memento.
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda.

Sed minus bene: eo enim sensu scriptum fuisset مِنَ ٱلْإِنْسَانِ ٱلصَّامِتِ.

XCI.

عِنْدَ ٱلصَّبَاحِ يَحْمَدُ ٱلْقَوْمُ ٱلسَّدَى ۞

Ad auroram laudat populus pluviam. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

سَدَى pluviam *denotat*, & ventum noctur-

nocturnum: *quorum neutrum hîc satis convenire videtur: unde suspicor legendum esse* آلسَّهَرَ, *id est*, vigiliam (*quia proclive fuit in scriptura minus accurata illud pro hoc legere*) *ut laudet matutinam vigiliam: mane enim surgere præstat, quam in multam noctem actiones suas protrahere. Et, Aurora Musis amica.*

XCII.

لَا تَسْخَرْ فِي شَيْءٍ فَيُجَرِّبَكَ ۞

Ne subsanna quippiam quod te comprobare potest. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Meliùs dixero Græcè: μὴ διαμώκιζέ τι ὅ, τι σὲ δοκιμάσειε. *Etiam rem vilissimam quæ quidem tui aliquod specimen edere possit, & hominibus probare, noli deridere.*

XCIII.

ثَبَاتُ ٱلْإِيمَانِ ٱلْوَرَعُ وَزَوَالُهُ ٱلطَّمَعُ ۞

Stabilimentum fidei humilitas: labefactatio autem ejus, præsumptio. S.

NOTAE

NOTÆ TH. ERPENII.

وَرَعٌ *est quidem* modeſtia, humilitas; *ſed &* abſtinentia. طمع *autem* concupiſcentia: *unde melius forte vertatur:* Stabilimentum fidei eſt abſtinentia: labefactatio autem ejus, concupiſcentia.

XCIV.

تَطَعَّمْ تَطْعَمْ * أَيْ * ذُقِ ٱلطَّعَامَ
فَإِنَّهُ يَدْعُوكَ إِلَى شَهْوَتِهِ ۞

Guſta cibaberis. *id eſt:* Guſta cibum, & ipſe vocabit te ad appetitum ſui. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Gallicè: En mangeant l'appetit vient. *Et poſſumus parodia Homerica dicere:* εἶδαρ γὰρ ἐφέλκεται αὐτὸ τὸν ἄνδρα: *imo* γεῦσιν γὰρ ἐφέλκεται αὐτό περ εἶδαρ. *hortatio ad eosquos alicujus laboris magnitudo deterret. Poteſt infinitus eſſe uſus.*

XCV.

إِعْلِلْ تَخْصَبْ * أَيْ * كُلْ مَرَّةً
بَعْدَ مَرَّةٍ تَسْمَنْ ۞

Sis debilis, invalefces. *id eſt:* Ede vice poſt vicem (*id eſt*, multoties,) pinguefces. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Suadet Proverbium modice & multoties cibum ſumere: contra eorum opinionem qui rarius eum & abunde ſumendum cenſent. Gallicè: Souuent & peu manger Ce faict l'homm' engraiſſer.

XCVI.

إِذَا لَمْ يَكُنْ لَكَ مَا تُرِيدُ فَأَرِدْ مَا
يَكُونْ ۞

Quando non evenit tibi quod vis; velis quod evenit. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Græcorum & Latinorum notiſſimum proverbium.

XCVII

XCVII.

إِذَا سَمِعْتَ ٱلرَّجُلَ يَقُولُ فِيكَ مِنَ ٱلْخَيْرِ مَا لَيْسَ فِيكَ فَلَا تَأْمَنْ إِنَّ يَقُولُ فِيكَ مِنَ ٱلشَّرِّ مَا لَيْسَ فِيكَ ۞

Quando audiveris virum loquentem de te bonum quod in te non eſt, ne fide (ei:) loquetur enim & malum de te, quod in te non eſt. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

D. Scaliger pro إِنَّ *legerat* إِنْ *verteratque:* Ne crede ſi loquatur ſuper te malum quod in te non eſt. *Et certe durum hic eſt* إِنَّ, *putoque legendum pro eo potius eſſe* إِنَّهُ etenim ipſe.

XCVIII.

أَلصَّمْتُ يُكْسِبُ أَهْلَهُ مَحَبَّةً ۞

Taciturnitas conciliat ſuis amorem. E.

NOTÆ

NOTÆ TH. ERPENII.

Ad verbum: Taciturnitas lucrari facit populum ſuum amorem.

XCIX.

أَلنَّدَمُ عَلَي ٱلسُّكُوتِ خَيْرٌ مِنَ ٱلنَّدَمِ عَلَي ٱلْقَوْلِ ۞

Pœnitentia ſuper ſilentio, melior eſt pœnitentia ſuper ſermone. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Præſtat pœnitere taciturnitatis, quam loquelæ. Verſiculus Catonis:

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum.

C.

أَلصَّمْتُ حِكْمَةٌ وَقَلِيلٌ فَاعِلُهُ ۞

Taciturnitas ſapientia eſt; ſed rarus eſt agens eam. E.

FINIS CENTVRIAE I.

PROVERBIORVM ARABICORVM

Centuria Secunda.

I.

دَقَّكَ بِٱلْمِنْخَارِ حَبُّ ٱلْفُلْفُلِ ۞

Pungit te in naſo granum piperis. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Scitum Gallicanum, Vne mouche t'a picque. *Eſt phraſis proverbialis, non γνώμη παροιμιώδης.*

II.

إِنْتَبَهَ ٱلْكَلْبُ مِنْ بَعْدِ ٱلنَّهْبِ * أَيْ * إِنْتَبَهَ مِنْ بَعْدِ مَا صَارَ ٱلْأَمْرُ يُقَالُ لِلَّذِي يُدَبِّرُ ٱلشَّيْءَ مِنْ بَعْدِ مَا صَارَ ۞

Evigilavit canis poſtquam rapina facta eſt. *id eſt.* Evigilavit homo poſtquam res acci-

accidit. Dicitur de eo qui rem tractare (*seu* moderari) vult postquam accidit. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Græcè: Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία: post bellum suppetiæ.

III.

مَنْ يُخْبِرْكَ بِشَتْمٍ عَنْ أَحَدٍ فَهُوَ ٱلشَّاتِمُ ۞

Qui denuntiat tibi diffamatoria super aliquo, ipse est diffamator. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Diffamatores non sunt solum qui motu proprio alicui obtrectantur; sed etiam qui alienis verbis aliquem deferunt.

IV.

أَلْمِزَاحَةُ تُذْهِبُ ٱلْمَهَابَةَ ۞

Iocus aufert (*quasi dicat*, collusio ire facit) reverentiam. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Nimia familiaritas contemptum parit. Eleganter

ter Itali: Baldezza de patrone capello de matto.

V.

لاَ تَمَازَحِ ٱلشَّرِيفَ فَيَحْقِدَ عَلَيْكَ

وَلاَ ٱلدَّنِيَّ فَيَجْتَرِيَ عَلَيْكَ ۞

Ne lude cum optimate, ne irafcatur tibi; neque cum infimate, ne abutatur te. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Ne abutatur te, *ad verbum*, ne audeat fuper te: *eſt enim* اجتري *idem quod* تجري, *id eſt*, audere.

VI.

لاَ تَفُشَّ سِرَّكَ إِلَي أُمَّةٍ ۞

Ne fparge fecretum tuum in populum (palam.) S.

VII.

صُرِّحَ ٱلْحَقُّ عَنْ مَحْضِهِ * أَعْنِي *

إِنْكَشَفَ أَلْأَمْرُ بَعْدَ سَتْرِهِ ۞

Pro-

Proſtrata eſt veritas à ſimplicitate ſuâ. *id est:* Detecta eſt res poſt ſecretum ſuum. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Nimia ἀκρίβεια ſilentii aliquando patefacit ſecretum, quia ſæpenumero ex ſilentio ipſo elicitur confeſſio: neque enim ſat eſt præcisè ſilere, niſi accedant colores, & ſpecioſæ diſſimulationes; quæ arcano velum obtendant.

صرع *eſt* allidere ſolo, *ut faciunt luctatores,* προσρήσσειν τῷ ἐδάφει: *Gallicè*, porter par terre: *ut in Evang.* μὴ ῥήξωσιν ὑμᾶς, ne vos allidant; *ut recte Tertulianus; non autem* rumpant, *à* ῥήγνυμι: *quanquam Horatius:* Non ego te tigris ut aſpera frangere perſequor.

NOTÆ TH. ERPENII.

Male legit D. Scaliger صُرِعَ proſtratus fuit, *pro* صُرِحَ revelatus eſt. *Itaque vertendum:* revelata eſt veritas à ſimplicitate ſuâ, *vel* à puritate ſuâ: *nam* محض *etiam* puritatem *ſignificat.*

VIII.

رُبَّ سَامِعٌ بِخَبْرِي لَمْ يَسْمَعْ عُذْرِي ۞

Forte qui audit rumorem de me, non audivit apologiam meam. S. E.

IX.

رُبَّ مَلُومٌ لَا ذَنْبَ لَهُ ۞

Fortaſſis accuſatur, nec deliquit. S.

X.

كُلُّ أَحَدٍ أَعْلَمُ بِشَانِهِ ۞

Vnuſquiſq; peritiſſimus eſt in re ſua. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

In re ſua, *vel* opere *aut* negotio ſuo. *unde nos*, Artifici in arte ſua credendum eſt.

XI.

لَعَلَّ لَهُ عُذْرًا وَأَنْتَ تَلُومُ ۞

Fortaſſe ille habet quo ſe excuſet, & tu accuſas eum. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

عذر *hic ponitur pro innocentia, non autem pro apologia mera.*

XII.

لَا يَنْبَغِي لِحَاكِمٍ أَنْ يَسْمَعَ شَكِيَّةَ أَحَدٍ إِلَّا خَصْمُهُ مَعَهُ ۞

Non oportet ut judex audiat querelam alicujus, nisi & adversarius ejus cum eo fuerit. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Μήτε δίκην δικάσης πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσης.

XIII.

أَلْمَالُ وَٱلدُّنْيَا تَزُولُ وَتَبْقَى ٱلْأَعْمَالُ ٱلصَّالِحَةُ ۞

Opes & Mundus transibunt, & durabunt opera bona. S.

XIV.

قِيلَ إِنَّ ٱلْإِنْسَانَ هُوَ ٱبْنُ ٱلنُّقْصَانِ *

Dicitur homo esse filius defectus.

NOTÆ TH. ERPENII.

Rhytmicum est & elegans proverbium, cujus mens eadem (ni fallor) est quæ istius Hebræi אין אדם אשר לא יחטא. Humanum est errare. Filius defectus *phrasis est Arabica, qualis Ebræa* filius perditionis. *Primæ duæ voces non sunt de essentia proverbii.*

XV.

* إِنْسَانٌ بِلَا تَوْبَةٍ كَنَهَرٍ بِلَا مَآءٍ

وَٱمْرَأَةٌ بِلَا حَيَاءٍ كَمِصْبَاحٍ بِلَا ضَوْءٍ *

Homo sine pœnitentia est tanquam fluvius sine aqua: & mulier sine verecundia, tanquam lampas sine lumine. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Putarem duas sententias esse; cum nec rhytmo nec sensu ita conveniant ut jungendæ videantur: ob inclusas tamen similitudines conjungi possunt.

XVI.

XVI.

أَلْمَوْتُ أَفْنَي مَنْ مَضَي وَآلْمَوْتُ يُفْنِي مَنْ يَبْقَي ۞

Mors consumpsit eum qui discessit, & mors consumet eum qui remanet. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Sententia harmoniâ & rhytmo elegantissima.

XVII.

يَا مَنْ أَسَآءَ فِيمَا مَضَي كُنْ مُحَسِنًا فِيمَا يَبْقَي ۞

O tu qui male egisti in eo quod præteriit, esto bene agens in eo quod reliquum est. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Est & hîc mira rhytmi elegantia. Per id quod præteriit *intelligitur tempus præteritum*; *sicut per* id quod reliquum est, *ipsum tempus reliquum. Latinius dicas*: Qui hactenus male egisti, in posterum bene age. *sed Arabicum longe est elegantius, ob rhythmum & suavem verborum fluxum, quæ in*

 lin-

linguam Latinam transferri nequeunt. Hortatio est ad resipiscentiam.

XVIII.

مَنْ لاَ يُقَدِّمْ تَوْبَةً قَبْلَ ٱلْمَوْتِ فَقَدْ شَقَــــــي ۞

Qui non anticipiat pœnitentiam ante mortem miser (*seu* infælix) est. S.

XIX.

مَتَي تَهْجُرُ ٱلدُّنْيَا وَتَنْوِيــي لَهُ بُغْضًا. مَتَي تَتْرُكُ ٱلْعُصْيَــانَ قُلِّي مَتَي ۞

Quando deseres mundum, & intendes ei odium? quando relinques rebellionem? dic mihi quando? E.

NOTAE TH. ERPENII.

Nota vocem قُلِّي, *quæ est contracta ex* قُلْ لِي.

XX.

كُلُّ نَعْجَةٍ تَعَلَّقُ بِعُرْقُوبِهَــا * أَيْ * كُلُّ أَحَدٍ يُعَاقَبُ عَلَي أَحْوَالِهِ ۞

Omnis

Omnis ovis ſuſpenditur è calcaneo ſuo (in macello *ſcilicet) id eſt*: Vnuſquiſque punietur ſuper moribus ſuis (*vel* functionibus ſuis, actis ſuis.) S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Elegans ſententia; cujus mens eadem quæ illius Apoſtolici: Vnuſquiſque onus ſuum portabit.

XXI.

تَعَلَّمِ ٱلْعِلْمَ يَـا فَتَى لِتَكُونَ أَمِيرًا *

وَلَا تَكُنْ جَاهِلًا فَتَصِيرَ حَقِيرًا ۝

Diſce ſcientiam ô puer, ut ſis imperator: & ne ſis ignarus, ut fias deſpicabilis. S.

XXII.

أَلْعِلْمُ تَـاجٌ لِلْفَتَى وَٱلْعَقْلُ طَوْقٌ مِنْ

ذَهَـــــبٍ ۝

Scientia diadema eſt puero, & intellectus torques aureus. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Similia in Proverbiis Salomonis.

XXIII.

XXIII.

مَا أَحْسَنَ ٱلْعِلْمَ لِوَلَاءِ إِنَّهُ غَالِبٌ *

وَلَيْسَ يُوجَدُ ٱلْعِلْمُ أَنْ يَنْبَاعَ بِمَالِ ۞

Quam præstans est (vel bona est) scientia magnati (præfecto!) Etenim ipsa cara est, neque reperitur scientia ut vendatur opibus. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Idem in Proverbiis Salomonis.

NOTÆ TH. ERPENII.

Istud لِوَلَا *quid velit non video* وَلَا magnatem *seu* pręfectum *significare non credo sed* وَالِي *est* procurator, *&* possessor. *itaque abundare suspicor, aut significare* possessionem; *ut dicat sententia*, quam cara est scientia in possessionem! *Exemplar M.S. habet* لَوْلَا *id est*, si non, *quod neutiquam hîc mihi videtur convenire posse.*

XXIV.

XXIV.

لَا تَحْقِرَنَّ ضَعِيفًا فِي تَقَلُّبِهِ إِنَّ ٱلْبَعُوضَة
تُفَقِّئُ مُقْلَةَ ٱلْأَسَــــــــدِ ۞

Ne despicias debilem in conversatione ejus: nam culex fodit oculum leonis. S.

NOTÆ ISAACI CASAVBONI.

Videtur esse ὁ νοῦς: Ne asperneris ὁμιλεῖν τοῖς ἀπόροις. *sed adjecta est ratio, quæ & ipsa per se est proverbium*, quia culex fodit oculum leonis. *Est ejusdem argumenti cum epigrammate apud Capit.* 1016. *Petitum autem est hoc Arabum proverbium ex historia. Nam Leones in Mesopotamia mirè infestant culices. Marcellinus lib.* XVIII. *idem Strabo lib.* XVI.

XXV.

لَا فَخْرَ بِٱلْمَــالِ وَٱلنَّسَبِ بَلْ فَخْرٌ
بِٱلْعِلْمِ وَٱلْأَدَبِ ۞

Non est gloriatio in opibus & stemmate: sed gloriatio in scientia & eruditione. S.

NOTAE

NOTÆ TH. ERPENII.

Et eruditione; *vel* & bonis moribus, *ut annotavi ad prov. 82. fieri autem potest ut* ادب *scientias practicas significet, &* علم *speculativas. certe hæc duo omnino videntur sumi, ut* חָכְמָה וּמוּסָר *initio Proverbiorum Salomonis.*

XXVI.

وَلَيْسَ ٱلْيَتِيمُ مَنْ قَدْ مَاتَ وَالِدُهُ بَلِ ٱلْيَتِيمُ ٱلَّذِي لَا عِلْمٌ لَهُ وَلَا أَدَبٌ ۞

Non est orphanus cujus obiit pater: sed orphanus est qui scientiam non habet & eruditionem. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

In exemplari M. S. hoc conjungebatur cum superiori, cujus notas vide.

XXVII.

إِقْتَنِ ٱلْحِرْصَ فَإِنَّهُ كَنْزٌ عَظِيمٌ ۞

Acquire diligentiam; ea enim est thesaurus magnus. S.

XXVIII.

XXVIII.

أُبْعُدْ عَنِ ٱلْكَسَلِ فَإِنَّهُ مُمْتَلِيٌّ خَسَارَةً ۞

Recede à pigritia; quia ipſa eſt plena damno. S.

XXIX.

إِقْتَنِ لَكَ ذَهَبًا بِقِيَاسٍ وَعِلْمًا بِلَا

قِيَاسٍ ۞

Acquire tibi aurum menſurâ, & ſcientiam ſine menſurâ. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Mens: Eruditioni, non opibus in infinitum ſtudendum eſſe.

XXX.

كُنْ فِي طُفُولِيَّتِكَ مُتَّضِعًا * لِتَكُونَ

فِي شَيْخُوخَتِكَ مُرْتَفِعًا ۞

Eſto in pueritia tua humilis, ut ſis in ſenectute tua exaltatus. S.

XXXI.

أُشْفُقْ يَا فَتَي عَلَي طُفُولِيَّتِكَ لِئَلَّا

تصير

تَصِيرَ مَأْكُولًا لِلنَّارِ ۞

Commiſeratione movere ô puer ſuper pueritia tua, ne fias cibus igni. S. E.

XXXII.

أُذْكُرْ زَمَانَ ٱلْمَرَضِ وَشَيْخُوخَتَكَ
ٱلْآتِيَةَ خَلْفَكَ لِأَنَّ ٱلْحِكْمَةَ وَٱلْمَعْرِفَةَ
أَخْيَرُ مِنَ ٱلسَّيْفِ وَٱلْعِلْمُ أَفْضَلُ مِنَ
ٱلْمَالِ ۞

Memento temporis morbi & ſenectutis venientis pone te, quia ſapientia melior eſt quam enſis, & ſcientia excellentior quam opes. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

In principio ſubintelligenda ea quæ ſunt in fine. Compara tibi ſapientiam & ſcientiam, ut illis tanquam remediis poſſis occurrere morbis imminentibus, egeſtati, & ſenectuti.

XXXIII.

أَلصَّبِيُّ ٱلْعَاقِلُ أَفْضَلُ مِنَ ٱلشَّيْخِ
ٱلْجَاهِلِ ۞

Puer prudens præstantior est sene stulto. S.

XXXIV.

أَلْعِلْمُ هُوَ نُورٌ ثَانٍ وَلَهُ عُيُونٌ مُضِيئَاتٌ ۞

Scientia est lumen alterum, habetque oculos lucidos. E.

XXXV.

لَا تَكُنْ كَثِيرَ ٱلْقَلْقِ وَٱلْخَوْفِ لِئَلَّا
تَقَعَ فِي أَيْدِي أَعْدَائِكَ ۞

Ne fueris neque nimis præceps, neque meticulosus, ne cadas in manus inimicorum tuorum. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

كثير القلق *Gallicè:* trop chatouilleus.

قلق F

قلق titillare, *per metaphoram. propriè*

كثير القلق remue mesnage, *qui omnia turbat. Evenit igitur tam ejusmodi quam meticulosis, ut sint oportuni inimicorum injuriis; hi quia inimicos in se lacessunt & irritant; illi quia inimicis sunt despicatui.*

NOTÆ TH. ERPENII.

قَلْقٌ & قَلَقٌ *synonyma sunt τῷ* خَوْفٌ & timorem, animique perturbationem *seu* consternationem *significant. videor tamen mihi verbum* قلق *alicubi pro* titillare *legisse: quæ tamen notio si hîc obtineret, videreter potius legendum* وَلَا ٱلْخَوْفِ neque timoris, *ubi nunc est* وَٱلْخَوْفِ & timoris.

XXXVI.

إِقْبِلْ مَشُورَةَ ٱلْعَاقِـــــــلِ ۞

Admitte consilium prudentis. S.

XXXVII.

XXXVII.

إِحْفِظْ وَصِيَّةَ أَبَهَاتِـــــكَ ۞

Custodi præceptum parentum tuorum. S.

XXXVIII.

قَطْ لَا تَحْلِفْ كَاذِبًا عَلَى إِنْسَانٍ أَسَاءَ إِلَيْـــكَ ۞

Nunquam peiera ne in hominem quidem qui tibi nocuit. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Iurare mendacium *Arab. dicunt* τὸ ἐπιορκεῖν.

NOTÆ TH. ERPENII.

Hîc propriè est, ne jura mentiens. *at meliùs dicunt* حَلَفَ عَلَى ٱلْكَذِبِ juravit super mendacio. *Cæterum* ne quidem, *id est,* وَلَا, *in Arabico non est: sed videtur requiri: ac fieri potest ut negligentia scriptoris omissum sit.*

XXXIX.

نُورُ جَمِيعِ أَعْمَالِكَ لِتَكُنِ ٱلْكَلِمَةُ ٱلْحَقُّ ۞

Lumen omnium factorum tuorum esto sermo verax. S.

XL.

فَلْتَكُنْ كَلِمَتُكَ نَعَمْ أَوْ لَا لِتَكُونَ حَقًّا عِنْدَ جَمِيعِ ٱلنَّاسِ ۞

Esto sermo tuus etiam vel non, ut sis verax apud omnes homines. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Verba Christi: ἔςω ἢ ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ, ναί, ὂ, ὄ.

XLI.

إِعْمِلِ ٱلْخَيْرَاتِ كُلَّمَا تَقْدِرُ مَعَ أَهْلِ ٱلْبَيْتِ وَٱلْغُرَبَاءِ وَتَكَلَّمْ كَلِمَةَ ٱلْخَيْرِ مَعَ ٱلْأَخْيَارِ وَٱلْأَشْرَارِ ۞

Ope-

Operare bona quotieſcunque potes domeſticis tuis & extraneis, & bona verba loquere tam bonis quam malis. S.

XLII.

أَلْعَالَمُ يَزُولُ كَٱلْمَكْتُوبِ وَٱلْحُكْمُ
ثَابِتٌ كَٱلْمَرْسُومِ ۞

Mundus tranſit tanquam ſcriptura (delebilis:) ſapientia ſtabilis eſt ut ſculptura. S.

NOTAE TH. ERPENII.

Prima vox verti quoque poteſt ſapiens : *ſed tunc legendum foret* أَلْعَالِمُ *quod non probo.*

XLIII.

لَا تُخْطِئْ يَا فَتَى إِعْجَلْ وَتُبْ إِنْ
أَخْطَأْتَ ۞

Ne pecca ô puer: feſtina & pœniteto ſi peccaveris. S.

XLIV.

زَوِّدْ نَفْسَكَ ٱلْخَيْرَاتِ بِٱلْأَعْمَالِ ٱلصَّالِحَةِ ۞

Provide animæ tuæ bona in operibus bonis. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Propriè ad verbum : ἐφοδίασον σεαυτῷ χρηστὰ ἐν ἔργοις καλοῖς.

XLV.

إِفْتَكِرْ فِي دُخُولِكَ إِلَي هَذَا ٱلْعَالَمِ وَفِي خُرُوجِكَ مِنْهُ لِأَنَّكَ مِنْ لَا شَيْءٍ صِرْتَ إِنْسَانًا وَعَنْ بَغْتَةٍ تَصِيرُ كَأَنَّكَ مَا كُنْتَ وَٱفْكِرْ فِي مَنْ كَانَ قَبْلَكَ مِنَ ٱلْمُلُوكِ وَٱلرُّؤَسَاءِ وَٱلْأَشْرَافِ ٱنْظُرْ كَيْفَ رَحَلُوا مِنْ هَذَا ٱلْعَالَمِ وَأَنْتَ مِثْلَهُمْ تَرْحَلُ ۞

Cogi-

Cogita ingreſſum tuum in hunc mundum, & egreſſum tuum ex ipſo: quia tu de nihilo factus es homo, & momento fies tanquam non fueris: item conſidera qui fuerint ante te reges, præfecti, & nobiles: conſidera quomodo migrarint ex iſto mundo: tu vero quemadmodum illi migrabis. S.

XLVI.

أَلْمَالُ وَٱلدُّنْيَا تَزُولُ وَتَبْقِي
ٱلْأَعْمَالُ ٱلصَّالِحَةُ ۞

Opes & mundus præteribunt; & durabunt opera bona. S.

XLVII.

أَمْسِكْ عَلَيْكَ نَفَقَتَكَ * قَوْلُ شُرَيْحٍ
لِرَجُلٍ سَمِعَهُ يَتَكَلَّمُ فَجَعَلَ ٱلنَّفَقَةَ
ٱلَّتِي يُخْرِجُهَا مِنْ مَالِهِ مِثْلاً لِكَلَامِهِ ۞

Arripe ſuper te expenſionem tuam dicebat Sjarihus viro quem audiebat lo-

quentem, & faciebat expenſionem quam eduxit ex opibus ipſius ſimilem ſermoni ejus. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium hîc eſt, Arripe ſuper te expenſionem tuam. *id eſt:* Accipe de tuo quod expendas. *vetatque liberalitatem de bonis alienis. reliqua verba auctorem ejus, & originem explicant, ſed ita intricata ſunt, ut quem ſenſum exhibeant, non ſatis certo determinare poſſim. videor tamen mihi fideliter verba tranſtuliſſe: tu ſi placet, ea perpende accuratius, & vide num (quod ſuſpicor) error aliquis in iis lateat.*

XLVIII.

دَعِ ٱلْكَذِبَ حَيْثُ تَرَى أَنَّهُ يَنْفَعُكَ
فَإِنَّهُ يَضُرُّكَ وَعَلَيْكَ بِٱلصِّدْقِ حَيْثُ
تَرَى أَنَّهُ يَضُرُّكَ فَإِنَّهُ يَنْفَعُكَ ❊

Omitte mendacium ubi videris quod tibi profuturum erit: nam nocebit tibi. Et tuum eſt hærere veritati, ubi videris quod

quod ipsa nocebit tibi : quia ipsa proderit tibi. S.

XLIX.

مَنْ عُرِفَ بِٱلصِّدْقِ جَازَ كَذِبُهُ وَمَنْ
عُرِفَ بِٱلْكَذِبِ لَمْ يَجُزْ صِدْقُهُ ۞

Qui notus est veracitate, recipitur ejus mendacium : & qui notus est mendacitate, non recipitur ejus veritas. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Eam vim opinio habet, ut ei qui vera solet loqui, etiam cum mentitur credamus; ei vero qui sæpiùs mentitur, etiam tunc cum verum dicit, fides non habsatur. جَازَ *est* transire, *& dicitur quoque* περὶ δοκίμου νομίσματος, qui est de mise *Heb.* עוֹבֵר *& de merce proba.*

L.

سَهْمٌ عَلَيْكَ وَسَهْمٌ لَكَ ۞

Sors super te cecidit, & sors tua est (*vel* portio.) S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Quod tibi obvenerit, sive bonum, sive malum, tuum est.

NOTÆ TH. ERPENII.

سَهْمٌ *est* portio, & sagitta; *quæ posterior notio locum hîc fortassis habet.* Sagitta contra te & sagitta tibi est. *Cujus mens: quod contra te afferebatur, id pro te est. suo inimicum tuum jugulas gladio.*

LI.

ذَنَبُ ٱلْكَلْبِ لَا يَنْتَقِوَّمُ وَلَوْ يُدَقُّ فِي ٱلْقَالِبِ ۞

Cauda canis non corrigitur, etiamsi contundatur in mortario. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

ὁ νῦς: Naturam expellas furca, tamen usque recurret. قَالِبٌ *propriè est* forma *seu* formula, *quales illæ in quibus fusilia fiunt: hîc tamen pro* mortario *sumi persuadet mihi* ver-

verbum إِنْدَقَّ *Huc facit Salomonis sententia Prov. 27.* Si contuderis stultum in mortario, in medio triticorum contusorum pistillo, non recedet ab eo stultitia ejus.

LII.

* رُبَّمَا كَانَ ٱلسُّكُوتُ جَوَابًا يُقَالُ لِلرَّجُلِ الَّذِي يَحُلُّ خَطَاهُ عَنْ أَنْ يَتَكَلَّمَ بِشَيْءٍ فَيُجِيبُ بِتَرْكِ ٱلْجَوَابِ ۞

Sæpenumero silentium est responsum. Dicitur homini qui solvit delictum suum, absque ut loquatur quicquam, & respondet omittendo responsum. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Sic Menander: Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει. *Multorum accusationes & calumniæ manifestam sæpe habent falsitatem, nec responsum aut apologiam merentur; unde ad eorum criminationes silere, sufficienter respondere & se purgare est.*

LIII.

LIII.

عِنْدَ ٱلنَّوَي يَكْذِبُكَ ٱلصَّادِقُ ۞

A depravatione mentietur tibi verax. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Verax cum putat se vera dicere, si prave rem conceperit, mentitur. idem facit si ab alio depravatus.

NOTÆ TH. ERPENII.

Puto D. Scaligerum legisse غَوَي *pro eo quod in textu est* نَوَي; *hoc enim non significat* depravationem, *sed* os *sive* osiculum dactyli *vel* olivæ; *ut in Alcorano Surata sexta:* & cogitationem, intentionem, ut *verbum* cogitare, in animo habere, intendere, *ut videre est Prov.* 119. *item* التحول من دار الي دار (*ut ait Mustapha ibno Ahmed in Lexico suo Arabico,*) *id est,* transitum à domo ad domum. *quarum notionum prima hujus loci esse nequit: an secunda pos-*

possit, viderint alii: ego tertiam malim, ut per eam intelligatur extrema egestas, quæ ostiatim mendicare cogit. memini enim & alibi proverbialiter me legere ان رجل انتقل من دار الي دار هل كان يبقي له شي Cum vir abit à domo ad domum (*id est* mendicat ostiatim) an restat ei quicquam? *Atque ita mens proverbij erit, hominem etiam veracem, paupertate oppressum, quo inopiæ suæ consulat, ad mendacia interdum abripi: quod verissimum esse quotidiana evincit experientia.* Multorum virtutibus obstat res angusta domi, *verissime ait Poëta. Atque tunc vertendum Proverbium erit:* Apud paupertatem (*vel* in paupertate *seu* egestate) mentietur tibi verax.

LIV.

سِرُّكَ مِنْ دَمِكَ رُبَّمَا كَشَفْتَهُ فَتَكُونُ سَبَبَ مَوْتِكَ ۞

Arcanum tuum de sanguine tuo est: sæpe aperuisti illud, & est causa mortis tuæ. S.

LV.

LV.

لَوْ كَانَ بِجَسَدِي بَرَصٌ مَا كَتَمْتُهُ ۞

Si esset in corpore meo lepra, non tegerem illam. S.

NOTÆ ISAACI CASAVBONI.

Vsus proverbii, ad denotandam animi candorem, & φιλαλήθειαν.

NOTAE TH. ERPENII.

Si legas كَتَمْتَهُ *significabit*, non tegeres eam: *eritque longe alius proverbii sensus.*

LVI.

أَللَّيْلُ أَخْفَي ٱلْوَيْلَ * يَعْنِي * إِفْعَلْ مَا تُرِيدُ لَيْلًا فَإِنَّهُ أَسْتَرُ لِسِرِّكَ ۞

Nox tegit τὸ οὐαί. Sensus: Fac quod volueris nocte; ipsa texerit secretum tuum. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium tum rhytmo tum sensu elegantissimum. Tenebræ impediunt quo minus facinora noctu commissa conspiciantur: adeoque efficiunt,

ciunt, ut qui ea committit minas nullius videat; & sic ipsum væ, ut habet Proverbium, tegunt.

LVII.

تَرْكُ ٱلذَّنْبِ أَيْسَرُ مِنْ طَلَبِ ٱلتَّوْبَةِ ۞

Omissio peccandi rectior est quam executio pœnitentiæ. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Bona quidem est pœnitentia post peccatum, sed præstat non habere causam pœnitendi, quam pœnitere.

NOTÆ TH. ERPENII.

أَيْسَرُ *non est* melior, *sed* facilior: & طَلَبٌ *est* petitio: *ad verbum itaque vertas:* Omissio peccati facilior est petitione pœnitentiæ. *Noli autem putare pro* التوبة *legendum esse* المغفرة *id est* veniæ: *aliter enim legit hic auctor, & alii apud quos idem proverbium mihi occurrit.*

LVIII.

LVIII.

أُذْكُرِ ٱلْغَائِبَ يَقْتَرِبْ وَٱذْكُرْ غَائِبًا تَرَاهُ ۞

Mentionē fac abſentis appropinquabit. *Et:* mentionem fac abſentis videbis eū. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Duo ſunt proverbia ejuſdem valoris, & propterea à Collectore conjuncta. Senſum autem eorum puto eundē eſſe cum eo qui proverbii ſequentis.

LIX.

إِذَا ذَكَرْتَ الذِّيبَ هَيِّ لَهُ قَضِيبًا ۞

Quando memineris (mentionem feceris) lupi, præpara illi virgam (baculum. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Contingit non raro ut dum paſtores inter ſe de lupo colloquuntur & fabulantur, ipſe interveniat; unde proverbium natum apud Latinos: Lupus eſt in fabula, *quotieſcunque ille de quo confabulatio eſt de improviſo intervenit, & hoc ipſum quod jam memoravimus apud Arabes, ejuſdem omnino valoris, etſi verbis nonnihil diſcrepans, nam* para ei baculum, *nihil vult aliud quam eum propè eſſe: cum enim ſcitur prope eſſe, parantur baculi.*

LX.

LX.

أَلْحَدِيثُ ذُو شُجُونٍ وَقَدْ قِيلَ عَنْ
هٰذَا ٱلْمَثَلِ أَنَّ كَانَ رَجُلٌ وَلَهُ ٱبْنَانِ
ٱسْمُ ٱلْوَاحِدِ سَعْدٌ وَٱلْآخَرِ سَعِيد
فَخَرَجَا فِي طَلَبِ إِبِلٍ لَهُمَا فَرَجَعَ
سَعْدٌ وَلَمْ يَرْجِعْ سَعِيدٌ وَقَبْلَ أَنْ يَرْجَعَ
سَعْدٌ كَانَ أَبُوهُمَا كُلَّمَا يَرَى
شَخْصًا مُقْبِلًا قَالَ أَسَعْدٌ أَمْ سَعِيدٌ
فَصَارَتْ كَلِمَتُهُ هٰذِهِ مَثَلًا فَأَتَى بَعْدَ
هٰذَا يَوْمًا بَيْنَمَا هُوَ يَسِيرُ وَمَعَهُ
إِنْسَانٌ أَخَرُ فِي ٱلشَّهْرِ ٱلْحَرَام
فَأَتَيَا عَلَى مَكَانٍ فَقَالَ ٱلرَّجُلُ
لِأَبِي ٱلشَّابَّيْنِ أَتَرَى هٰذَا ٱلْمَوْضِعَ

فَإِنِّي لَقِيتُ فِيهِ فَتًى فَقَتَلْتُهُ وَأَخَذْتُ
مِنْهُ هَذَا ٱلسَّيْفَ وَكَانَ فِيهِ مَكْتُوبٌ
ٱسْمُ سَعِيدٍ فَقَالَ لَهُ أَبُو ٱلشَّابِّ أَرِنِي
ٱلسَّيْفَ فَنَاوَلَهُ إِيَّاهُ فَعَرَفَهُ. فَقَالَ
عِنْدَ ذَلِكَ ٱلْحَدِيثُ ذُو شُجُونٍ فَصَارَتْ
كَلِمَتُهُ ٱلثَّانِيَةُ مَثَلًا ثُمَّ ضَرَبَ بِهِ
ٱلرَّجُلَ فَقَتَلَهُ فَلَامَهُ ٱلنَّاسُ فِي ذَلِكَ
فَقَالُوا أَتَقْتُلُ فِي ٱلشَّهْرِ ٱلْحَرَامِ فَقَالَ
سَبَقَ ٱلْعَذْلُ ٱلسَّيْفَ فَصَارَتِ ٱلْكَلِمَةُ
ٱلثَّالِثَةُ أَيْضًا مَثَلًا ۞

Narratio (sermo) res carcerum est. Dicitur de hoc proverbio quod cuidam viro fuerunt filij duo, nomen unius Sáadon, (εὐτυχία) alterius Saïdon (εὐτύχιος) & iverunt ambo (ἐξελθέτην) ad quærendum camelum. Reversus est Sáadon: non rever-

versus est Saïdon. Antequam vero reverteretur Saadon, pater eorum, quotiescunque videbat imaginem hominis alicujus advenientem, dixit, Estne Saadon an Saïdon? & factus est hic illius sermo proverbium. Evenit autem postea die quodam dum ipse deambularet, & cum eo homo (quidam) alius, in mense Haram (seu Paschali) ut venirent ambo ἐπορεύεσθαι) ad locum quendam. Dixitque vir iste patri adolescentum: Videsne hunc locum? Ego occurri in eo puero, & interfeci eum, & accepi ab eo hunc ensem, & erat scriptum in eo nomen Saïdon. Dixit illi pater adolescentis: Ostende mihi ensem. & tradidit eum ipsi; & agnovit eum pater: dixitque ilico (*q. d.* apud illud) Sermo res carcerum est. factusque est & hic secundus illius sermo proverbium. deinde percussit eo gladio hominem (illum,) & occidit eum. Accusarunt autem eum homines super hoc, & dixerunt, Occisus est (vir iste) in mense paschali: at (ipse) dixit: Anticipavit justitiam ensis. Et factus est sermo tertius quoque proverbium. S. E.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

حديث *in omni Gallia vocatur*, vn compte. le compte de la cigogne: *Hispanicè*, conseia. conseia de viejas, *magistri Hebr.* מעשה. factum, historia. *Sciendum autem est Pascha Arabicum esse decimo mense* شوال, *quod vocatur* بيرم الكبير Pascha majusculum; *alterum autem Pascha est in mense sequenti, quod* حَرَامْ *vocatur: in quo Mecham peregrè proficiscuntur, votis susceptis. & ipsam Mecham vocant etiam* حرام.

NOTÆ TH. ERPENII.

Tres ex hac historia natæ parœmiæ, quarum usus ex eadem satis est conspicuus. Prima usurpatur cum avide aliquem exspectantes sæpiusculè in viâ qua venturus est prospicimus, & aliquem accedere videmus quem tamen certò non agnoscimus. Secunda: Cum quis suis verbis capitur, & temere ea effutit quæ ad incolumitatem suam vel maximè debebat tacuisse; quod eleganti verbo Belgæ dicunt

sich

sich verpraeten. *Tertia: Vbi ob illatam injuriam usque adeo vindictæ cupiditate quis flagrat, adeoque est moræ impatiens, ut pœnam à magistratu reo infligendam exspectare nequeat: sed justitiam (id est sententiam ex jure contra eum ferendam, quo modo & ea vox sumiter proverbiō 192.) præveniat, suaque manu ex tempore se vindicet. Meritò autem hic reprehensus fuit quod mense Haram seu vetito, quo festum suum maximum quod Pascha nostri vocant, celebrant, hominem occîdisset, cum eo mense occisionem omnem vetet Alcoranus Suratâ 2.* بقرة. *Cæterum cur D. Scaliger Pascha hîc* بحرم, *& in lib. de Emendatione Temporum* Behiram *nominet, miror. Ego vocem talem Arabicam non novi. Sed Turcæ (quod ei imposuisse credo) linguâ suâ festum omne* بيرام Beiram *vocant: hinc* اولق بيرام, *vel cum Adjectivo Arabico* بيرام كبير festum magnum, *quod Arabice diceretur* العيد الكبير. *Pascha autem, propriè*

 loquen-

loquendo, Arabes Mohamedanos non puto agnoſcere (etſi feſtum quoddam magnum habeant quod ſic à noſtris appellari video :) Chriſtiani habent & فصح id eſt, פצח voce Hebræâ nominant. Mecha (Mecca dicunt Arabes, id eſt, مَكَّةٌ) complura habet nomina, inter quæ & حَرَمٌ quod in duali حَرَمَان habet, & Mecham cum Medina, quarum hæc ſepulchro, illa nativitate Mahomedis celebris eſt, ſignificat.

LXI.

ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ نَاسِيًا *

وَأَصْلُهُ أَنَّ رَجُلًا عَلَي غَفْلَةٍ حَمَلَ عَلَي

أَخَرَ وَكَانَ فِي يَدِهِ رُمْحٌ فَأَنْسَاهُ

ٱلدَّهْشُ مَا فِي يَدِهِ فَقَالَ لَهُ ٱلْحَامِلُ

أَلْقِ ٱلرُّمْحَ فَقَالَ ٱلْأَخَرُ مَعِي ٱلرُّمْحُ

وَلَمْ

وَلَمْ أَشْعُرْ ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ
نَاسِيًا ثُمَّ طَعَنَهُ وَقَتَلَهُ وَصَارَتْ كَلِمَتُهُ
مَثَلًا ۞

Admonuisti me transfigere, cum id oblitus essem. Origo ejus, quod vir quidam subito verberavit (*q. d.* tulit contra *vel* supra) alium, in cujus manu erat hasta; & oblivisci eum fecerat stupor mentis quid in manu sua esset, & dixit verberans, (*q. d.* ferens,) Proiice hastam. Et dixit alter, Habeo hastam, & non animadvertebam? Admonuisti me transfodere, cum id oblitus essem. Deinde transfixit eum eâ hastâ, & interfecit eum. Et factus est sermo ejus proverbium. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Usus hujus ex origine satis patet. حمل *propriè est* ferre, portare; *hic cum* علي *constructum* verberare; *sicuti & Surata sexta in Alcorano.*

LXII.

كُلُّ شَيْءٍ آفَتُهُ مِنْ جِنْسِهِ حَتَّي
ٱلْحَدِيدِ عَلَيْهِ بِٱلْمِبْرَدِ ٱلْحَدِيدُ
بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ وَٱلْفَلْحُ هُوَ ٱلشَّقُّ
وَمِنْهُ فَلَاحَةُ ٱلْأَرْضِ وَهُوَ شَقُّهَا
بِٱلْمِحْرَاثِ وَمِنْهُ قَوْلُ ٱلشَّاعِرِ قَوْمُنَا
بَعْضُهُمْ يَقْتُلُ بَعْضًا لَا يَفُلُّ ٱلْحَدِيدَ
إِلَّا ٱلْحَدِيدُ ۞

Omnis res corruptio ejus est à genere suo, usque ad ferrum ipsum, cui corruptio sua est in limando (*vel* in lima.) Ferrum ferro finditur. Fissio autem est scissio. & hinc (dicitur) fissio terræ, quæ est scissio ejus aratro; unde dictum Poëtæ: Populi nostri pars partem interficit; non dentat ferrum nisi ferrum. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Ipsum proverbium hîc est Ferrum ferro finditur,

tur. *quod autem præcedit*, *nempe*, Omnis rei corruptio est à genere suo, *ejus solum explicatio est*, *etsi & sententiæ loco fortaßis etiam venire queat*. *Et quod sequitur*, Fissio est scissio &c. *explicat significationem* فلح *quod in Verbo non est admodum usitatum*, *etsi Nomina ab eo deducta non raro occurrant*, *ut* فلاحة scissio; cultura terræ; فلاح agricola. *simili modo voces allatas explicat Proverbio 176. & 177. Reliqua versum Poetæ cujusdam continent*; *in quo pro* يفلّ (*quod est ab* أَفَلّ ensem aut cultrum serræ modo dentavit, *unde* فَلّ dens serratus, Schaere *nostratibus*) *fortassis legendum est* يفلح findit, Non findit ferrum nisi ferrum. *id certe melius hîc videtur congruere*. *Extat autem*, *ni fallor*, *idem hoc Proverbium apud Salomonem Prov. 27. 17. hisce verbis*, ברזל בברזל יחד ואיש יחד פני רעהו *quod verto*: Ferrum cudit ferrum: & vir cudit faciem socii sui, *id est*, vir virum,

seu homo hominem. *ut ejusdem plane sit sensus cum versu Arabico jam allato.* חדד *& mutato defectivo in quiescens* חדה, *significare* cudere *persuadet mihi tum locus hîc, tum Arabicum* حدد *id significans, unde* حداد faber ferrarius, *&* حديد ferrũ: *interdum tamen* acuere *notat, ut & ei synonymum* לטש. *Vide notas ad Proverb. 24.*

LXIII.

أُمْكُرْ وَأَنْتَ فِي ٱلْحَدِيدِ وَأَصْلُ
هَذَا ٱلْمَثَلِ أَنَّ رَجُلاً وَقَعَ فِي يَدِ عَدُوِّهِ
فَلَمَّا أَرَادَ يَقْتُلُهُ قَالَ لَهُ يَا أَمِيرُ لَا
تَفْضَحْنِي بِأَنَّ تُخْرِجُنِي إِلَي ٱلنَّاسِ
لِتَقْتُلَنِي بِحَضْرَتِهِمْ إِحْسِنْ وَأَخِّرْ هَذَا
إِلَي أَحَدٍ يَقْتُلُنِي فِي غَيْرِ هَذَا ٱلْمَوْضِعِ
وَكَانَ يَقُولُ هَذَا حَتَّي يَأْتِيَ
احد

أَحَدٌ مِنْ أَصْحَابِهِ وَيَمْنَعَ ٱلْأَمِيرَ عَنْ
قَتْلِهِ فَفَهِمَ ٱلْأَمِيرُ كَلَامَهُ فَقَالَ
أَمْكُرْ وَأَنْتَ فِي حَدِيدٍ فَذَهَبَ
كَلِمَتُهُ مَثَلًا لِمَنْ أَرَادَ يَمْكُرُ وَهُوَ فِي
أَيْدِي عَدُوِّهِ مَرْبُوطٌ ۞

Comminiſcere dolum aliquem dum es in ferro,(dum manibus hoſtis tanquam compedibus ferreis teneris conſtrictus.) Origo hujus adagii, quod vir quidam incidit in manum inimici ſui; & quando voluit inimicus eum interficere, dixit (interficiendus,) O præfecte (domine) ne pudefac me, educendo me ad homines, ut occidas me in præſentia eorum; potius transfer hoc in aliquem qui occidat me in alio ab hoc loco. Dicebat autem hæc donec veniret quidam ex familiaribus ejus, & prohibuit præfectum ab eo interficiendo:& intellexit præfectus ſermonem ejus, & dixit: *Excogita dolum dum es in ferro.* & ceſſit ſermo ejus in proverbium, in eum

eum qui vult decipere dum est in manibus inimici sui illigatus. S. E.

LXIV.

عَيْنٌ لَا يَقْشَعُ قَلْبٌ لَا يَحْزَنُ ۞

Oculus non videt, cor non mœret. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Mens hujus elegantissimi adagii est: damnum aut malum alicui illatum non afferre dolorem quamdiu non videtur, id est, ignoratur. Circumfertur idem proverbium etiam apud nostrates, Dat het ooghe niet en siet/ En deert het herte niet. قشع *inter alia etiam significat* videre.

LXV.

كَانَ يَوْمًا لُقْمَانُ ٱلْحَكِيمُ يُكَلِّمُ أَصْحَابَهُ فَسَأَلَهُ رَجُلٌ قَائِلًا مِنْ أَيْنَ تَعَلَّمْتَ ٱلْأَدَبَ فَقَالَ لُقْمَانُ مِنَ ٱلَّذِي مَا لَهُ أَدَبٌ ۞

Acci-

Accidit ut die quadam Locman Doctor verba faceret ad socios suos: & interrogavit eum quidam ex illis: Vnde didicisti illam eruditionem? dixit Locman, Ex eo qui non habet eruditionem. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

An intelligit libros mutos magistros? nam revera eruditionem solus doctus possidet, non ejus libri. An conjunctim legendum? Ab eo cujus opes erant eruditio. *Ita malim.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Mihi magis placet ut dicat ab idiotis se habere eruditionem; quod visa turpitudine ignorantiæ eorum incitatus fuerit ad studia. Fuit autem hic Locman Doctor quidam vel Propheta Mahomedicus, de quo vide Suratam Alcorani XXXI. *quæ nomen ejus præfert. Fabulas ejus Arabicas Æsopicis non dissimiles, jam pridem evulgavimus.*

LXVI.

إِنَّ ٱلْغُصُونَ إِذَا قَوَّمْتَهَا ٱعْتَدَلَتْ

وَلَنْ تَلِينَ إِذَا قَوَّمْتَهَا ٱلْخَشَبُ ✲

Rami, quando correxeris eos rectificantur. trabs autem non lentescit, quando correxeris eam. S.

NOTAE

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Proverbium Gallicum, Vieil arbre malaisé à redresser. *Hic autem præponitur* τὸ إِنَّ quod, *ut alibi, quia sunt excerpta.*

NOTÆ TH. ERPENII.

Istud إِنَّ *non indicat esse excerpta: passim enim initio sententiarum vacare solet. Estque hæc sententia in se & absolutissima & elegantissima. vide Prov.* LXXVII.

LXVII.

أَلْعَبْدُ هُوَ ٱلَّذِي لَا عَبْدَ لَهُ ۞

Servus est qui servum non habet. S.

NOTAE IOS. SCALIGERI.

Tamen servus habebat vicarium, & nihilo minus erat servus quam ipse vicarius.

NOTÆ TH. ERPENII.

Non dicit, Servum non esse qui servum habet; sed servum esse, qui servum non habet; cogitur enim is sibi ipse servire.

LXVIII.

LXVIII.

عَدُوُّ ٱلرَّجُلِ حُمْقُهُ وَصَاحِبُهُ عَقْلُهُ ۞

Hoſtis hominis ſtultitia (*vel* ignorantia) ejus: Socius autem ejus (*vel* amicus) prudentia ejus (intellectus ejus.) S.

LXIX.

مُعَادَاةُ ٱلْعَاقِلِ أَخْيَرُ مِنْ مُصَادَقَةِ ٱلْأَحْمَقِ ۞

Inimicitia ſapientis præſtat amicitia ſtulti. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Alibi ſic legi: عَدُوٌّ عَاقِلٌ أَخْيَرُ مِنْ صَدِيقٍ جَاهِلٍ Inimicus ſapiens (*vel* doctus) præſtat amico ignaro.

LXX.

لَا تَقْتَنِ مِنْ كَلْبِ سُوءٍ جَرْوًا وَمِنْهُ قول

قَوْلُ ٱلشَّاعِرِ فِي ذَلِكَ تَرْجُو ٱلْوَلِيدَ وَقَدْ أَعْيَاكَ وَالِدُهُ وَمَا رَجَاكَ بَعْدَ ٱلْوَالِدِ ٱلْوَلِيدُ ۞

Ne compara à cane malo catulum. Et hinc dictum Poëtæ de eo: Spem habes de filio, cum jam afflixerit te pater ejus? Et quid promittit tibi post patrem filius? S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Græci: Ἐκ κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν: Mali corvi malum ovum. *hinc Euripides* Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς, ἐκ κακοῦ πατρός. *Elegans est illud Italicum*: Chi da gatta nasce sorizi piglia.

LXXI.

كُلُّ مُجْرٍ بِٱلْخَلَاءِ يُسَرُّ * وَأَصْلُهُ أَنَّ ٱلرَّجُلَ يُجَرِّي فَرَسَهُ بِٱلْمَكَانِ ٱلْخَالِي ٱلَّذِي لَا مُسَابِقَ لَهُ فِيهِ وَهُوَ مَسْرُورٌ بِمَا يَرَى مِنْ فَرَسِهِ ۞

Omnis

Omnis cursus in deserto exhilarat. Origo ejus quod vir quidam admisit ad cursum equum suum in loco deserto, in quo non erat qui anteverteret eum (equum:) ipse autem gavisus est eo quod de equo suo videbat. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Nihil elegantius nec verius hoc adagio. Solent homines mirificè sibi placere, ac de conditione suâ, ut ut ea sit vilis, gaudere, quamdiu non vident alios qui super eos excellant: sic vel infra mediocritatem docto, si solus sit, vel inter ignaros, sua arridet eruditio: inter pauperes Crœsum se cum gaudio reputat, is cui paululum nummorum est. paucis. Velocissimum se putat quisque & gaudet cum in deserto currit, ubi nemo est à quo antevertatur.

LXXII.

إِقْدَحْ لِي أُضِيءْ لَكَ * أَغْنَي * كُنْ
لِي أَكُنْ لَـــــكَ ۞

Excute mihi ignem & ego tibi allucebo. *id est*, Esto mihi ero tibi. S.

LXXIII.

كُلُّ وَاحِدَةٍ بِأَبِيهَا مُعْجَبَةٌ * وَأَصْلُ هَذَا ٱلْمَثَلِ أَنَّ جَوْقَةَ نِسَآءٍ دَخَلْنَ إِلَي عِنْدِ كَاهِنَةٍ وَكُلُّ وَاحِدَةٍ تَذْكُرُ مَجْدَ أَبِيهَا وَتَفْتَخِرُ بِهِ فَقَالَتِ ٱلْكَاهِنَةُ كُلُّ وَاحِدَةٍ بِأَبِيهَا مُعْجَبَةٌ فَذَهَبَتِ ٱلْكَلِمَةُ مَثَلًا ۞

Vnaquæque laudat patrem ſuum. Origo hujus adagij, quod turba mulierum ingreſſæ ſunt ad hariolam, & unaquæque commemorabat laudem patris ſui, & in eo gloriabatur: & dixit hariola; Vnaquæque veſtrum magnificat patrem ſuum. & vertit ſermo in proverbium. S.

NOTÆ TH. ERPENII.

Suum cuique pulchrum. Sed videtur potius vertendum proverbium: Vnaquæque patrem ſuum admiratur. *eſt enim* أُعْجِبَ admi-

admirari : *fieri tamen quoque poteſt, ut hoc loco ſignificet* admirandum prædicare, *ſed tunc fortè melius dicatur in ſecunda Conjugatione* مُعَجِّبَةٌ.

LXXIV.

لَقَدْ دَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ *
وَأَصْلُ هَذَا أَنَّ رَجُلًا مِنَ ٱلْعَرَبِ كَانَ
يَعْبُدُ صَنَمًا فَنَظَرَ يَوْمًا إِلَي ثُعْلَبٍ
وَجَاءَ حَتَّي بَالَ عَلَيْهِ فَقَالَ لَقَدْ
دَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ فَذَهَبَتْ
هَذِهِ ٱلْكَلِمَةُ مَثَلًا ۞

Satis humiliatus eſt ſuper quem minxerunt vulpes. Origo hujuſce, quod quidam ex Arabibus colebat idolum; & die quadam reſpexit ad vulpem, & venit (vulpes) donec mingeret ſuper eum, & dixit: Satis humiliatus eſt, ſuper quem minxerunt vulpes. & ceſſit hic ſermo in proverbium. S. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Puto adagionem in illos dici qui reverentiæ, & honoris exhibendi gratiâ verbis multis, & gestibus se plurimum humiliant. Suspicor autem pro الي ثعلب respexit ad vulpem, *legendum potius esse* البه ثعلب vidit eum vulpes.

LXXV.

إِذَا كَانَ صَاحِبُكَ عَسَلًا لَا تَاكُلْهُ كُلَّهُ ۝

Cum fuerit amicus tuus mel, ne comederis eum totum. S.

NOTÆ IOS. SCALIGERI.

Multi abutuntur lenitate & facilitate amicorum, item liberalitate. Hoc nos quotidie damno nostro experimur.

LXXVI.

أَعْرِضْ عَنِ ٱلْعَوْرَآءِ إِنْ سَمِعْتَهَا وَٱقْعُدْ كَانَّكَ

كَأَنَّكَ عَاقِلًا لَمْ تَسْمَعِ ٱلْعَوْرَآءَ أَيِ ٱلْكَلَامَ ٱلْقَبِيحَ ۞

Declina à turpitudine si audis illam, & sede tanquam cogitabundus non audires turpitudinem, *id est*, sermonem obscœnum. S.

LXXVII.

إِنَّ دَوَآءَ ٱلشَّقِّ تَحْوِيصُهُ أَيِ خِيَاطَتُهُ ۞

Medicina rupturæ (in veste) reparatio ejus, *id est* consutio. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

تحويص *nunquam legi, ejus tamen notio hic non videtur esse difficilis, quippe explicata per* خياط.

LXXVIII.

أَخْيَرُ مِنَ ٱلْخَيْرِ فَاعِلُهُ وَأَشَرُّ مِنَ ٱلشَّرِّ فَاعِلُهُ ۞

 Melior

Melior est bono faciens bonum: & pejor est malo faciens malum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Quia nempe, ut Philosophi ajunt, Causa efficiens melior effectu, & deficiens deterior defectu suo est.

LXXIX.

كَانَ جَرِيحًا فَبَرِئَ * قَالَ
هَذَا بَعْضُ حُكَمَاءِ ٱلْعَرَبِ وَوَاحِدٌ
مِنْهُمْ مَاتَ ٱبْنُهُ فَبَكَاهُ ثُمَّ بَعْدَهُ
قَالَ هَذِهِ ٱلْمَقَالَةَ فَذَهَبَ مَثَلًا ۞

Vulneratus erat & convaluit. Dixerunt hoc quidam sapientum Arabum: & quidam eorum quod mortuus esset filius suus deflevit eum: tandem autem dixit hanc sententiam; quæ abijt in proverbium. E.

LXXX.

مَنْ يَفْعَلِ ٱلْخَيْرَ لَا يُعْدَمْ جَوَازِيَهُ ۞

Qui

Qui operatur bonum, non privabitur retributione ejus. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Idem cum proverbio LXXVIII, *quod vide.*

LXXXI.

لَا يَذْهَبُ ٱلْعُرْفُ بَيْنَ ٱللّٰهِ وَٱلنَّاسِ ۞

Non intercedit notitia inter Deum & homines. E.

NOTÆ TH, ERPENII.

Mens, ni fallor, est: Non licere hominibus rationem factorum Dei ab ipso exigere, quod quisque ab eo solet quicum necessitudine & familiaritate conjunctus est.

LXXXII.

رُبَّ أَخٍ لَكَ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكَ * وَسَبَبُ هَذَا ٱلْمَثَلِ أَنَّ يَوْمًا رَجُلًا رَأَى رَجُلًا مُسْتَخْلِيًا بِٱمْرَأَةٍ فَقَالَ لَهَا مَنْ هَذَا فَقَالَتْ أَخِي فَقَالَ رُبَّ أَخٍ لَكِ

لَكِ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكِ فَصَارَ مَثَلًا ۞

Fortaſſis frater tuus eſt, at quem non peperit mater tua. Cauſa hujus proverbij : quod die quodam homo quidam vidit virum ſubductum cum muliere: dixitque ei (mulieri,) Quis (eſt) iſte? illa reſpondit, Frater meus. Fortaſſis, ait, frater tuus eſt (at) quem non peperit mater tua. factumque eſt proverbium. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Solent puellæ & mulieres, etiam in hiſce terris, viſæ cum procis ſuis colloqui, quo ſuſpicionem omnem amoris impediant, dicere, eos fratres aut cognatos ſibi eſſe. quæ impoſtura proverbium iſtud peperit, & conſervat.

LXXXIII.

أُنْصُرْ أَخَاكَ ظَالِمًا أَوْ مَظْلُومًا ۞

Adjuva fratrem tuum injuriam facientem aut patientem. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Sententia parum Chriſtiana.

LXXXIV.

LXXXIV.

مُعَاتَبَةُ ٱلأَخِ أَخْيَرُ مِنْ فَقْدِهِ ۞

Correptio fratris melior est amissione ejus. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Præstat interdum à fratre corripi, (vel eum corripere) & reprehendi, (vel reprehendere) quam eum amittere. Fortassis etiam verti queat: Rixa cum fratre, &c. *quod tamen minus probarem.*

LXXXV.

وَقَعَ فُلَانٌ فِي سِنِّ رَاسِهِ ۞ أَيْ *

أَصَابَهُ مَا شَاءَ خَاطِرُهُ وَٱشْتَهِي ۞

Cecidit quidam (ὁ δεῖνα) in dentem capitis ejus. *id est*, Evenit illi quod voluit & desideravit. E.

NOTAE TH. ERPENII.

Quod voluit, *ad verbum*, quod voluit imaginatio ejus. *Sed usurpant quoque Arabes hoc* خاطر *pro* dominatione *vel* excel-

lentia, *ut vulgo loquuntur: ut vertere possis:* quod dominatio ejus voluit & desideravit.

LXXXVI.

قَالَ أَبُو عُبَيْدٍ إِذَا أَصَابَ ٱلرَّجُلُ عِنْدَ صَاحِبِهِ أَكْثَرَ مِمَّا يُرِيدُ مِنَ ٱلْخِصْبِ قِيلَ وَجَدَ عِنْدَهُ ثَمَرَةَ ٱلْغُرَابِ وَقَالَ ذَلِكَ أَنَّ ٱلْغُرَابَ يَنْتَقِي مِنَ ٱلثَّمَرِ أَطْيَبَهُ وَأَجْوَدَهُ وَيَأْكُلُهُ ۞

Dixit Abu Vbeid: Cum invenit quis apud amicum suum plus quam vult ex abundantia, dicitur invenisse apud eum fructum corvi. Dixitque id propterea quod corvus seligit ex fructibus optimum quemque & elegantissimum, comeditque eum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium itaque hîc est وجد ثمرة الغراب inve-

invenit fructum corvi. *reliqua verba auctorem ejus, usum & rationem explicant.*

LXXXVII.

مَنْ ذَهَبَ مَالُهُ هَانَ عَلِي أَهْلِهِ وَرُوِيَ
عَنْ رَجُلٍ مِنْ أَهْلِ ٱلْعِلْمِ إِنَّهُ مَرَّ بِهِ
رَجُلٌ مِنْ أَهْلِ ٱلْأَمْوَالِ فَتَحَرَّكَ
لَهُ وَأَكْرَمَهُ فَقِيلَ لَهُ بَعْدَ ذَلِكَ
أَكَانَتْ لَكَ إِلَي هَذَا حَاجَةٌ فَقَالَ
لَا وَلَكِنْ رَأَيْتُ ذَا ٱلْمَالِ مُهِيبًا

Is cujus opes iverunt vilis est apud suos (*q. d.* populum suum.) Exemplum (extat) de viro docto (*q. d.* viro ex populo scientiæ:) is enim, cum præteriret eum vir dives (*q. d.* vir ex populo divitiarum) movit se ad illum, & honoravit eum. Et dictum est ei postea: Est ne tibi cum isto negotium? respondit: Non; sed video divitem reverendum (honorandum) esse.

NOTÆ

NOTÆ TH. ERPENII.

Honorem exhibuit hic Philoſophus diviti, non alia de cauſa, quam ut interrogatus cur id feciſſet, occaſionem haberet commodam eos perſtringendi qui ex opibus hominem æſtimant, atque adeo ſolos divites colunt & venerantur. Egregios Arabiſmos faciunt duæ iſtæ voces, اهل populus, *&* ذُو poſſeſſor; *de quibus alibi.* مَرَّ *eſt propriè* ire, *hîc cum* ب *conſtructum* prẹterire, *ut paſſim alibi.*

LXXXVII.

وَمَثَلٌ فِي ٱلْعَامَّةِ فِي ٱكْتِسَابِ ٱلْمَالِ لِغَيْرِهِ ٱلْمَالَ رُبَّ سَاعٍ لِقَاعِدٍ ۞

Adagium eſt inter vulgus, cum lucratur quis alij quam ſibi opes, Fortaſſis currens ſedenti. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Proverbium itaque eſt, ſed vulgare, nec à doctis

doctis usurpatum : Fortaſsis currens ſedenti.

LXXXIX.

إِذَا زَلَّ ٱلْعَالِمُ زَلَّ بِزَلَّةٍ عَالِمٍ ۞

Cum errat eruditus errat errore erudito. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Eruditi errorum ſuorum cauſas plerumque graves & rationes habere ſolent : At ignari in errores quoſlibet nullis rationibus moti facillimè prolabuntur.

XC.

يَا طَبِيبًا طُبَّ لِنَفْسِكَ * يُقَالُ
لِلرَّجُلِ ٱلْجَاهِلِ بِٱلْأَمْرِ وَهُوَ مَعَ جَهْلِهِ
يَدَّعِي ٱلْمَعْرِفَةَ ۞

O medice medere tibi ipſi. Dicitur viro ignoranti rem, quique cum ignorantia ſua præſumit notitiam. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Melius Scholiaſtes id explicaſſet, ſi dixiſſet : Dicitur in eos, qui cum alijs conſulere velint ſibi

ſibi ipſis nequeunt. Vſurpatur à Chriſto Lucæ 4. ubi tamen in contextu Romæ excuſo hoc modo concipitur : أَيُّهَا ٱلْمُتَطَبِّبُ ٱشْفِ نَفْسَكَ .

XCI.

وَهَلْ يَنْهَضُ ٱلْبَارِي بِغَيْرِ جَنَاحٍ *
يُقَالُ فِي قِلَّةِ ٱلْأَعْوَانِ وَٱلنَّاصِرِينَ ۞

An volabit *(id eſt,* volare queat*)* avicula ſine ala ? Dicitur in paucitate auxiliorum, & adjutorum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Oggeritur iis qui ad opus aliquod incitant eum qui medijs ad id neceſſarijs deſtituitur.

نهض *eſt* ſurgere : *& de pullis avium dictum ,* idoneum fieri ad volatum.

بارى *aviculæ nomen eſt, ſed cujuſmodi neſcio : vereor ut fideliter ſcriptum ſit.*

XCII.

XCII.

كَٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَآءِ * أَعْنِي * كَٱلَّذِي يُرِيدُ يَقْبِضُ ٱلْمَآءَ بِيَدِهِ وَلَيْسَ يَبْقَي فِي يَدِهِ مِمَّا أَخَذَ شَيْءٌ *

Vt qui prehendit aquam. *id est*, Sicut qui vult capere manu ſua aquam , & non manet in manu ejus de eo quod acceperat, quicquam. E.

XCIII.

هُوَ يَرْقُمُ ٱلْمَاءَ إِنَّهُ يَرْقُمُ حَيْثُ لَا يَثْبُتُ ٱلرَّقْمُ ۞

Ipſe pingit aquam : quoniam pingit ubi non manet pictura. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

إِنَّهُ *legendum* اعني *; aut loco ſaltem ejus hîc ponitur. quæ enim ſequuntur* σχόλιον *continent,*

nent, nec sunt de essentia adagij; quod idem extat apud Græcos εἰς ὕδωρ γράφεις, & inanem ac frustraneam operam denotat, ut præcedens.

XCIV.

فَلَا تَكُنْ كَلْبَ أَصْحَابِكَ ۞

Ne sis canis amicorum tuorum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Vide supra Proverb. XXXIV.

XCV.

مَنْ سَأَلَ صَاحِبَهُ فَوْقَ طَاقَتِهِ فَقَدِ اسْتَوْجَبَ الْحِرْمَانَ ۞

Qui rogat amicum suum supra vires ejus, meretur prohibitionem (recusationem.) E.

XCVI.

لَا أَطْلُبُ إِثْرًا بَعْدَ عَيْنٍ * وَأَصْلُ هَذَا الْمَثَلِ أَنَّ رَجُلًا كَانَ لَهُ أَخٌ فقتله

فَقَتَلَهُ رَجُلٌ فَٱلْتَقَاهُ أَخُوهُ فَأَرَادَ
قَتْلَهُ فَقَالَ ٱلرَّجُلُ دَعْنِي وَلَكَ مِايَةٌ
مِنَ ٱلْإِبِلِ فَقَالَ لَهُ لَا أَطْلُبُ إِثْرًا
بَعْدَ عَيْنٍ ثُمَّ قَتَلَهُ ۞

Non quæram veſtigium poſt oculum. Origo hujus adagij eſt, quod cuidam viro erat frater, quem occidit quidam; occurritque ei frater ejus, voluitque eum occidere. At dixit vir iſte: Dimitte me, & (dabo) tibi centum camelos. Ipſe vero reſpondit ei: Non quæram veſtigium poſt oculum. Deinde occidit eum. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

A Venatoribus petita loquutio eſt, ceu fidem facit huic ſimillimum Italorum Proverbium: Quando vedi il lupo non cercare le ſue pedate; *id eſt*, quum lupum videris ne quære veſtigia ejus. *quo ſignificant, ni fallor, incerta certis præferenda non eſſe: quæ*

& proculdubio Arabici hujus mens quoque est.

XCVII.

☸ لَيْسَ مِنَ ٱلْعَدْلِ سُرْعَةُ ٱلْعَدْلِ

Non eſt ex juſtitia celeritas juſtitiæ. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Potes & vertere : Non eſt juſtitia celeritas juſtitiæ ; *ut* من *ſit pleonaſticum. Vox autem juſtitiæ priori loco propriè ſumitur, poſteriori vero pro ſententia à judice lata, ut Proverb.* CLX. *Non itaque præcipitanda ſunt judicia; ſed omnis cauſa in bonam deliberationem Ponenda. C. Deus. 11. q. 1.*

XCVIII.

☸ إِذَا وَتَرْتَ أَمْرًا فَاحْذَرْ عَدَاوَتَهُ

Cum relinquis rem (*vel* negotium) cave à contrarietate ejus. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Verbum وَتَرَ *ſignificat* tendere, diminuere,

adver-

adverſari, vindicare, & relinquere: *quorum ultimum hujus mihi videtur loci eſſe, ut mens ſit: Dum vitas vitium vide ne in contrarium curras: in medio enim conſiſtit virtus. Si pro* أَمْرًا *legas* أَمِيرًا, *ſic vertes:* Cum adverſaris principi cave ab inimicitia ejus.

XCIX.

مَنْ يَزْرَعِ ٱلشَّوكَ مَا يَحْصُدُ بِهِ ٱلْعِنَبَ ۞

Qui ſerit ſpinas non metet cum iis uvas. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Sic Christus Matth. 7. هَلْ يَجْتَنِي مِنَ ٱلشَّوكِ عِنَبٌ An colligitur ex ſpinis vua? *Cicero:* Vt ſementem feceris ita metes.

C.

مَا لِي ذَنْبٌ إِلَّا ذَنْبُ صُحَرَ * وَصُحَرُ
ٱسْمُ ٱمْرَأَةٍ بِنْتِ لُقْمَانَ وَكَانَ أَبُوهَا
وَأَخُوهَا لَقِيمٌ خَرَجَا إِلَي ٱلْصَيْدِ فسبق
فِي ٱلرُّجُوعِ ٱلْإِبْنُ فَخَدَمَتِ ٱلْبِنْتُ
وَصَنَعَتْ طَعَامًا مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ فَلَمَّا
رَجَعَ أَبُوهَا قَدَّمَتْ إِلَيْهِ ٱلطَّعَامَ
وَعَلِمَ أَنَّهُ مِنْ غَنِيمَةِ ٱبْنِهِ فَلَطَمَهَا
لَطْمًا فَصَارَتْ عُقُوبَتُهَا مَثَلًا لِكُلِّ
مَنْ لَا ذَنْبَ لَهُ وَيُعَاقَبُ فِيهِ ۞

Non est mihi culpa, nisi culpa Soharæ. Est autem Sohara nomen mulieris, filiæ Locmani. Exiveratque pater ejus & frater Lakîmon ad venandum. Filius autem anti-

anticipavit reditum, miniſtravitque ei filia, & paravit ei cibum de præda (quam ceperat.) ut autem reverſus eſt pater, præpoſuit ei cibum: cognovitque pater eum eſſe de præda filij ſui, ac impegit ei (filiæ) alapam: factaque eſt pœna ejus proverbium, omni qui cum innocens eſt, pœnas tamen dat. E.

NOTÆ TH. ERPENII.

Ab iis itaque dici conſuevit qui benefaciendo malam ineunt gratiam: quod ut ne nobis in hujus opuſculi editione eveniat, faxit Deus. Atque ita habes, benevole Lector, duas Proverbiorum centurias. de quibus tamen hoc te ſcire volo, In exemplari Domini de Flurence ea minus accurate fuiſſe diſtincta, ita ut interdum plura in unum contracta fuerint, interdum unum in plura diſtracta. quæ cauſa fuit cur & CXCVII ſolum ibi fuerint. verum ego ea quam potui accuratiſſimè diſtinxi, unde & forte fortuna perfectus hic numerus eſt natus. Cæterum cõperi poſtea unum à D. Scaligero & me fuiſſe neglectum, quod ponebatur poſt Proverbium 132. id autem viſum fuit nunc addere: ſed hoc in loco, ne nume-

numerus ordoque primæ editionis turbentur. estque hoc


لَا تَكُنْ كَثِيرَ ٱلْكَلَامِ فَيَحْقِرُوكَ
مُعَارِفُوكَ ۝


Ne esto multi sermonis, ne te vilipendant familiares tui.

Quod, si ponatur loco Proverbij LXXVII. *quod idem est cum* LI. *manebit jam constitutus numerus.* VALE.

FINIS.






ASSVR GO PRESSA